

6

I

JESVS; MARIA; JOSEPH.

VOTA ET MOTIVA  
SENTENTIAE  
LATÆ IN PROCESSU  
MARIAE PEREZ.  
SVPER APPREHENSIONE BARONIÆ DE QVINTO:

**I**N DEI NOMINE AMEN.  
Noverint Vniversi, quod anno cō-  
putato à Nativitate Domini mil-  
lesimo septingentesimo, die verò  
quæ computabatur nona mensis Mar-  
tij, apud Civitatem Cæsaraugustæ, &  
in Camera Consilij Illustrissimi Domini  
Iustitiæ Aragonum, intervenienti-  
bus in ea Illustribus Dominis Doctori-  
bus Petro Iosepho Ordoñez, Petro  
de Bardaxi, Locumtenentibus Ordina-  
rijs, absentibus Illustribus Dominis  
Doctoribus Felice Cossin de Arbeloa,  
Michaele Claramunt, & Iosepho Ro-  
drigo, etiam Locumtenentibus Or-  
dinarijs prædictæ Curiæ, pro suspectis  
datis, & declaratis; & in eorum  
locum, præsentibus Dominis Do-  
ctoribus Philippo Gracian Serra-  
no, Petro Ballès, & Ægidio Cu-  
stadio de Lifa, Locumtenentibus  
Extraordinarijs Illustrissimi Domini  
Don Petri Valero Diaz, Militis Maie-  
statis Domini nostri Regis Consiliarij,  
ac Iustitiæ Aragonum; coram qui-  
bus fuit positus *Processus In Causa*  
*Mariae Perez, sive Apprehensione Ba-*  
*ronie de Quinto;* in quo quatuor ex di-  
ctis Dominis Locumtenentibus con-  
cordes fuerunt voti, & opinionis, quod  
tenentur, & debent pronuntiare, & in

bonis in fine Appellitus confronta-  
tis, sub numeris primo, secundo,  
tertio, quarto, quinto, decimoter-  
to, decimoquarto, & decimoquin-  
to tantum, mandare fieri contenta in  
propositione Doctoris Iosephi Dor-  
mer, Archidiaconi Cæsaraugustani,  
& Francisci Dionisij Dormer, Presby-  
teri, Principalium Ioannis Hierony-  
mi Andosilla, Procuratoris, respectu  
censualis anni millesimi quingentesimi  
vndecimi, cum expensis, iuribus suis du-  
rantibus: Et eis finitis, in bonis sub nu-  
meris primo, secundo, tertio, quarto,  
quinto, & decimotertio, tantum,  
contenta in propositione secunda Illu-  
stris Domnæ Mariæ de Funes, & Vil-  
lapando, Marchionis de Ossera, Co-  
mitissæ de Montijo, Principalis Ioannis  
Hieronymi Andosilla, Procuratoris,  
respectu censualis in articulo secundo  
eiusdem propositionis mentionati, &  
calendati tantum, cum expensis, iuri-  
bus suis durantibus. Et eis finitis, in  
omnibus bonis in fine appellitus con-  
frontatis, contenta in propositione di-  
ctorum Doctoris Iosephi Dormer, Ar-  
chidiaconi Cæsaraugustani, & Francis-  
ci Dionisij Dormer, Presbyteri, Prin-  
cipalium eiusdem Ioannis Hieronymi  
Andosilla, Procuratoris, respectu duo-

A

rum

rum censualium annorum millesimi quingentesimi trigesimi quinti, & millesimi quingentesimi quadragesimi tertij, in eadē propositione respective mentionatorū, cum expensis, iuribus suis durantibus: Et eis finitis contenta in propositione Blasij Assensio Monterde, Principalis eiusdem Ioannis Hieronymi Andosilla, Procuratoris, cum expensis, iuribus suis durantibus: Et eis finitis, in bonis sub numeris primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, octavo, nono, decimo, & undecimo tantū, contenta in propositione Prioris, & Cōventus S. Eliæ, Carmelitarū Discalciatorum, Turris nuncupata de Génés, Principalium Petri Iosephi Perez de Hecho, Procuratoris, cum expensis, iuribus suis durantibus: Et eis finitis, in omnibus bonis in fine Appellitus confrontatis cōtentā in propositione Illustris Domnæ Athanasiæ Abarca de Bolea, Marchionis de Ossera, Principalis Georgij Vincentij Costa, Procuratoris, pro quantitate mille & sexcentarum librarū laccensiū, singulis annis, ex fructibus vniuersiisque anni respectivè perceptis, exigendarum, cum expensis, sua viduitate durante: Et eis finitis, cōtentā in propositione Mariæ Perez, Principalis Faustini Dominici de las Foyas, Procuratoris, pro quantitate sex mille solidorum Iaccensium, ratione Comandæ in Procesu exhibitæ, & hoc respectu fructuum perceptorum tantū usq; ad diē mortis Egregij D. Melchioris de Funes & Villalpando, Ariño & Latrás, Comitis de Atarès, cum expensis, iuribus suis durantibus: Et sine præiudicio supradictorum, in bonis sub numeris primo, secundo, tertio, quarto, quinto, nono, & duodecimo tantū, contenta in propositione Iustitiæ, Iuratorū, Cōcilij, & Vniversitatis Villæ de Quinto, tam Infantionum, quam hominum conditionis, & signi servitij, Principalium Antonij de el Corral, Procuratoris, respectu iurium in ea deductorum,

demptis iuribus lignandi, & venabdi, construendi, & comburendi furnos Gypsi in terminis nuncupatis de Mata Mala, in articulo vigesimo quarto dictæ propositionis mentionatis, & specificatis: Et sine præiudicio dictorum iurium, in omnibus bonis in fine Appellitus confrontatis, contenta in propositione Egregij D. Melchioris de Funes & Villalpando, Ariño & Latrás, Comitis de Atarès, Principalis eiusdem Faustini Dominici de las Foyas, Procuratoris, iure plenī dominij, in cuius locum repositi sunt Egregia Domna Ioanna de Gurrea, Comitisa de Atarès, Principis dicti Faustini Dominici de las Foyas, Procuratoris, sua viduitate dante; & sine eius præiudicio Egregius D. Iosephus Petrus de Alcantara, Funes & Villalpando, Ariño, Latrás, & Gurrea, Comes de Atarès, Principalis Francisci Ibañez de Aoiz, Procuratoris; præstata priùs per partes respectivè cautione forali, cæteris propositionibus repulsis; reservatis iuribus reservari supplicantibus; neutrā partium in expensis, demptis prædictis taxandis, condemnando; cætera supplicata locum non habere.

*Ex eo, & alijs, prout in sententia duximus pronuntiandum, & in primis recipitur propositio Doctoris Iosephi Dormer, Archidiaconi Cæsaraugustani, & Licentiati Francisci Dionisij Dormer, Presbyteri, in bonis in fine Appellitus confrontatis sub numeris primo, secundo, tertio, quarto, quinto, decimotertio, decimoquarto, & decimoquinto tantum: Quia census impositus anno millesimo quingentesimo undecimo, per D. Ioannem de Funes & Villalpando, & Concilia Villæ de Quinto, & Locorum de Vililla, & Alforque, in favorem Alphonsi de la Cavalleria, in quo ipsorum intentio fundatur, per legitimas inclusiones in Processu exhibitas ad ipsos indubitan ter pertinet, quin de ip-*

ipsius anterioritate, respectu aliorum  
creditorum valeat hæsitari.

Recipitur etiam secunda propositio Illustris Domnæ Mariæ de Funes, & Villalpando, Marchionis de Ossera, Comitis de Montijo, respectu censualis impositi anno millesimo quingentesimo trigesimo primo, per Don Garsiam de Funes & Villalpando, & Concilia Villæ de Quinto, ac Locorum de Gelsa, Vililla, & Alforque, in favorem D. Michaelis Climente, à quo ius habet Illustris Marchionisa, in bonis in fine Appellitus confrontatis sub numeris primo, secundo, tertio, quarto, quinto, & decimotertio tantum: *Quia iuxta receptissimā Regni praxim in rebus, & bonis vinculatis solummodo census constitui valent à possessore Maioratus, cum vassalli simul obligationi censuariæ subjiciuntur; adeò ut illius corrutat obligatio defecta vassallorum hypotheca, licet è converso eorum obligationem, vtpote dividuam, & independentem, respectu dominij inferioris, & subalterni, per se solam subsistere palam sit.* Vnde prædictum censum per Don Garsiam de Villalpando, & Concilia Villæ de Quinto, & Loci de Vililla validè impositum censemus; quia legitima accessit vassallorum obligatio, quæ non reperitur respectu Locorum de Xelsa, & Alforque.

Nec obest subscriptionis defectus vnius ex Iuratis dictæ Villæ, cuius nomine, ob imperitiam literarū, alterum eiusdem Concilij subscribi oportere videbatur, iuxta Forum vnicum, tit. *Forma para testificar anni millesimi quingentesimi vigesimi octavi, his verbis: A saber es, los Actos de Vniversidades, los Iurados que entrevernan. Y en el Acto de Capitulos, ó Colegios, los que presidieren en el Acto: Y si aquellos no sabran escrivir, se fotaescriva un otro qualquiere de la Vniversidad, Colegio, ó Capitulo, que supiere escrivir.*

Nam respondeatur primò, quod in hoc foro indefinita exigitur Iuratorum intervenientium subscriptio, & eodem modo statuitur subsidiaria alterius de Vniversitate subscriptio, ob imperitiam literarum illorum: Ex quo id dilemma concludens efficitur: Vel indefinita de Iuratis locutio à lege prolatâ est vniuersalis, aut non? Si est vniuersalis, & multo magis debet esse quoque subsequens indefinita, ac relativâ locutio eiusdem legis; ac per consequens nisi omnes Iurati literas nesciant, locus non erit subscriptioni subsidiariæ alterius de Vniversitate. Si autem prior de Iuratis locutio non est vniuersalis, sed potius convertitur in singularitatem, sola vnius Iurati subscriptione census, similiter sustinebitur.

Secundò, quia superior census subscriptus est etiam per Iustitiam Villæ de Quinto, quem esse illius Vniversitatis alterum, ut Forus loquitur, non est ambigendum. Nec officit eum non subscriptisse Iurati nomine literas nescientis; quia Forus solum requirit quod dicto casu, se fotaescriba un otro qualquiere de la Vniversidad, quod idem significat, ac se subscribere, ut aperte convincitur ex Foro vnicō, tit. *De los Albares de Mercaderes*, vbi eadem verba hoc accipi sensu in dubium est; & merito quidem, nam ex eo quod aliquis citra Officij necessitatem se subscribat, abunde colligitur subscriptionem fecisse ob alterius impedimentum; quod secus est in testibus instrumentalibus, qui cū pro se subscribere teneantur, dum pro alijs subscribere coguntur, opus est, ut exprimant personas, quarum nomine in subsidium debeant subscribere, ut innuit idem Forus vnicus, tit. *Forma para testificar.*

Atque hinc oritur nullitas subscriptionis prædicti census, respectu Locorum de Xelsa, & Alforque: Nam etsi testes instrumentales se subscribant pro

pro se, Iustitijs, & Iuratis dictorum Locorum literas nescientium; non autem subscribunt pro eorumdem Conciliis, quorum personis ob imperitiam Iuratorum à Foro competebat subsidiaria subscriptio, & ultimo loco testibus, dū omnes literas nescirent. Itaque per mediatum, haud rectè suppletur immediatum subsidium à Foro stabilitum, qui cum formam præbeat actibus testificandis sub pœna nullitatis, ab ea, nec in minimo recedi oportet. Quod non verificatur in subscriptionibus, quæ pertinent ad Villam de Quinto: Nam instrumentum extat subscriptum ab uno ex Iuratis, & etiam *sota escrito*, sive subscriptū à Iustitia eiusdem Ville, quapropter literalis forma foralis adimpta reperitur, quod sat esse videtur ad obtinēdum in hoc Iudicio.

Recipitur etiam propositio dictorum Doctoris Iosephi Dornier, Archidiaconi Cæsaraugustani, & Licentiati Francisci Dionisij Dormer, Presbyteri, in omnibus bonis in fine Appellitus confrontatis, respectu censualium in ea respectivè mentionatorum, quorum unus impositus fuit anno millesimo quingentesimo trigesimo quinto; alter verò anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, per D. Garsiam de Villalpando, & Concilia Villæ de Quinto, & Locorum de Xelsa, Vililla, & Alforque, in favorem Paschaisij de Herbàs, & Ferdinandi Lopez, respectivè, à quibus prædictos, ex deductis, & probatis in Processu ius habere dignoscitur, absque defectu aliquo, tām respectu impositionis, quām inclusionis dictorum censualium.

Recipitur etiam propositio Blasij Assensio Monterde in omnibus bonis in fine appellitus confrontatis: Quia census impositus anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, per D. Antonium de Funes & Villalpando, & Concilia Villæ de Quinto, & Locorum de Xelsa, Vililla, & Alforque, cuius

virtute ipsius fulcitur inclusio, ad ipsum per legitimas pertinet inclusiones, vt ex probatis in Processu manifestè deducitur.

Recipitur etiam propositio Prioris, & Conventus Sancti Eliæ, Carmelitarum Discalceatorum, Turris nuncupata de Ginès, in bonis in fine Appellitus confrontatis, sub numeris primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, octavo, nono, decimo, & undecimo tantum: Quia legitimè constat de impositione census per D. Garsiam de Funes & Villalpando, & Concilia Villæ de Quinto, & Loci de Xelsa, in favorem Ludovici Santangel, anno millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, quin de inclusione legitima valeat dubitari.

Recipitur quoque propositio Illustris Domnæ Athanasiæ Abarca de Bolea, Marchionisæ de Ollera, in omnibus bonis in fine Appellitus confrontatis, pro quantitate mille & sexcentarum librarum jaccensum, singulis annis, ex fructibus vniuersiisque anni respectivè perceptis, exigendarum, sua viduitate durante: Quia cum dicta viduitas ex deductis, & in Processu probatis pactionata appareat, solummodo exigenda venit ex fructibus vniuersiisque anni, vt receptissima Regni praxis demonstrat.

Deinde recipitur propositio Mariæ Perez, pro quantitate sex mille solidorum jaccensum, & hoc respectu fructuum perceptorum tantum, usque ad diem mortis Egregij Don Melchioris de Funes & Villalpando, Comitis de Atarès: Quia cum bona apprehensa vinculis obnoxia reperiantur dictus Comes de Atarès in præiudicium successorum ipsa obligare nequivit; quapropter quantitas Comandæ, in qua obligatus existit solum ex fructibus vita sua durante perceptis, à Creditice ex igi valet.

Et sine præiudicio supradictorum re-

5

recipitur etiam propositio Iustitiae, Iuratorum, Concilij, & Universitatis Villæ de Quinto, tam Infantionum, quam hominum conditionis, & signi servitij, in bonis in fine Appellitus confrontatis, sub numeris primo, secundo, tertio, quarto, quinto, nono, & duodecimo tantum, respectu iurium in ea deductorum; Demptis iuribus lignandi, & venandi, construendi, & comburendi furnos Gypsi, in terminis nuncupatis de Matamala, in articulo vigesimo-quarto dictæ propositionis mentionatis, & specificatis: *Quia possessio cæterorum iurium, usque ad oblationem Appellitus præsentis apprehensionis, in qua eorum intentio fulcitur, concludenter, & maiori numero testium probata reperitur: De iuribus tamen supra exceptis, nulla quidem probatio in Processu apparent.*

Et sine prejudicio dictorum iurium, in omnibus bonis in fine Appellitus confrontatis; recipitur propositio Egregij Don Melchioris de Funes, & Villalpando, Comitis de Atarès, iure dominij, & repellitur oblata pro parte Illustris Domnæ Mariæ de Funes & Villalpando, Marchionis de Ollera, Comitæ de Montijo: *Quia ex deductis, & probatis in Processu, liquidò apparet, Don Ioannem de Villalpando, & Domnam Contesinam de Funes, Coniuges, Dominos, & possessores bonorum apprehensorum, virtute donationis per eos factæ, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quartu, dispositionem dictorum bonorum ordinasse in favorem masculi per Don Ioannem nominandi, & Fœminæ à Domna Contesina eligendæ, sub clausulis theoris sequentis.*

Item es condicion, que el masculo, por mi dicho Juan de Villalpando nombrero, è la fembra por mi dita Contesina nombradera, sean tenidos, è ayan de contraer matrimonio legitimamente, è solemnizar en faz de la Santa Madre Iglesia,

sia, è consumar aquel por copula carnal.

2 E que los ditos bienes apres dias de ellos, ayan de venir, è vengan en el primer fillo masculo, que Dios les darà, è a ellos sobrevivirà, è en los descendientes de aquel masculos legítimos, è de legitimo matrimonio procreados, que no sean Religiosos in Sacris ordenados, ò en otra manera inhabiles à contraer matrimonio.

3 Et en defecto de dicho fillo masculo, è descendientes de aquel masculos legítimos, è de legitimo matrimonio procreados, que vengan los ditos bienes en el otro fillo masculo de los ditos Conyuges, por nos nombraderos, è en los descendientes de aquel masculos, si en de avrà; pues no sean Religiosos in Sacris ordenados, ò en otra manera inhabiles à contraer matrimonio carnal.

4 Et sino en de avrà, que vengan en qualquier otros fillos masculos, è descendientes de aquellos legítimos, è de legitimo matrimonio procreados, de las ditas personas nombraderas, de la calidad, è condiciones susodichas. Servando en todos los sobredichos orden de genitura, de mayor en mayor, con q̄ siépre aquel, en q̄ uie los sobreditos bienes pervendrá, ayā à llevar los Sobrenobres, è Armas de Funes & de Villalpando juntas, poniendo primero el nombre, è Armas de Funes & de Villalpando juntas; è que otro Sobrenombre, ni Armas no puedan hacer, ni llevar; & si el contrario farán, pierdan los ditos bienes ipso facto, è vengā en los substituidos adaquellos, en defecto de ellos, è de cada uno de ellos; los quales en el dito caso tengan los ditos bienes con el dito cargo.

5 Et si serà caso, que los dichos nombraderos, merrán sin se fillos masculos, è descendientes de aquellos masculos legítimos, è de legitimo matrimonio procreados, que pervengan en fillas legítimas de ellos, è de legitimo matrimonio procreadas, no Religiosas, ni en otra manera inhabiles à contraer matrimonio, de mayor en mayor, servando orden de Primogenitura; con que los que casarán con aquellas, è los descendientes.

dientes de ellos, è de ellas, legítimos, è de legítimo matrimonio procreados, en quien los ditos bienes pervendrán, por el dicho orden, sean tenidos llevar, è facer los Sobrenombres, è Armas de Funes, è de Villalpando, segun dicho es.

6 Et si serà caso, que las dichas personas nombraderas, è los descendientes de aquellas, assi masculos, como fembras legítimos, è legítimas, è de legítimo matrimonio procreados, è procreadas, fallecerán; que en tal caso los ditos bienes ayan à pervenir, è pervengan en un masculo pariente mas cercano, que la hora serà de mi dito Juan de Villalpando, descendiente del Magnífico, è Egregio el Doctor Rui Garcia de Villalpando, quondam Senior Padre de mi dito Juan, ò en otra fembra parienta mas cercana, que la hora se trobarà de mi dita Contesina de Funes, descendiente del muy Magnífico, è Egregio Micer Juan de Funes, Fidalgo, Doctor en Leyes, Vicecanceller del Señor Rey, quondam Señor Padre de mi dita Contesina, que no sean Religiosos, ni in Sacris ordenados, è sean bables à contraer matrimonio, los cuales ayan, è sean tenidos contraer matrimonio legítimamente en faz de la Santa Madre Iglesia, è aquel consumar por copula carnal, è llevar los Sobrenombres, è Armas de Funes, è de Villalpando, por el orden susodicho.

7 E apres dias de ellos con el dito cargo de los ditos sobrenombres, è armas vengan los dichos bienes en los hijos de ellos masculos legítimos, y de legítimo matrimonio procreados, è en los descendientes de aquellos, servando orden de nacimiento, de mayor en menor, que no sean Religiosos, ò en Sacros Ordenes, è sean bables à contraer matrimonio.

8 E en defecto de hijos, è descendientes de aquellos legítimos masculos, vengan los ditos bienes en fillas de aquellos legítimos, de legítimo matrimonio procreadas, è en descendientes de aquellos de mayor en menor, que no sean Religiosos, è inhabiles à contraer matrimonio; con que los que con

ellas casarán, è sus descendientes, leven los dichos Sobrenombres, è Armas, segun dicho es.

9 Et si serà caso, que por defecto, ò empacho de aquél, que de la parte de mi dito Juan de Villalpando, se trobarà parientes cercanos, ò de aquella que se trobará parienta mas cercana de mi dita Contesina de Funes, no se porà contraer matrimonio, por causa, que el uno, ò el otro serían casados con otras personas, ò en Religion puestos, ò por qualquiere otro impedimento, que en tal caso los dichos bienes ayan à venir, y vengan en el pariente otro mas cercano, è parienta otra mas cercana de nos dichos Conyuges, segun dito es, habiles à contraer el dicho matrimonio, descendientes de los dichos nuestros Señores, è Padres, en los quales ayan lugar las cosas primeramente dichas, è no en otros algunos.

Deinde constat, predictam donationem debitum effectum sortitam fuisse per nominationem à Donatoribus respectivè factam in personis Don Francisci de Villalpando, & Domnæ Beatricis de Funes, & matrimonium inter predictos Donatarios rite, & legitime celebratum, qui procrearunt D. Ioannem de Funes & Villalpando, filium primogenitum masculum, à quo per rectam lineam masculinam descendentes existunt Illustris Marchionisa, & istius Patruus Egregius Comes de Atarès, successionem bonorum contendentes; hic tanquam masculus, descendens à filio primogenito masculo Donatariorum; illa verò tanquam filia ultimi, & immediati possessoris.

His ita in facto prehabitis, & constitutis, ut maneat casus controversiæ vere depictus, successionem bonorum Egregio Comiti de Atarès, non autem Illustri Marchionisæ decernendam fore recte Senatus decrevit. Quia ex tenore clausulæ secundæ dictæ Donationis, manifestissimè appetit, Donantes primo loco ad successionem bonorum invi-

invitasse Donatiorum filium primo-  
genitum masculum, eiusque masculos  
descendentes, ibi : *E que los ditos bienes  
apres dias de ellos , ayan de venir , è  
vengā en el primero filho masclo, que Dios  
les darà, è à ellos sobrevivirà, è en los des-  
cendientes de aquel mascllos:* Cumque so-  
lū masculi vocati existant, absque me-  
moria fœminarum, & qualitas mascu-  
lina à lure , & sua natura sit exclusiva  
fœminei sexus, legitimè infertur fœ-  
minarum exclusio; earum enim inclu-  
sio nō compatitur cum vocatione mas-  
culorum expressa ; nam sunt hæc adeò  
correllativa, & contraria inter se, vt ex  
perpetua, & successiva vocatione mas-  
culorum, exclusio fœminarum subter-  
fugi non possit ; signanter in Regno,  
vbi vocationes omissæ pro omissis ha-  
bentur, quin expressa vocatio protrahi  
valeat ad alias vocationes , de quibus  
fundatores nec cogitasse quidem ap-  
paret ; quapropter nulla maior exclu-  
sio fœminei sexus excogitari valet,  
quàm illa , quæ provenit ex defectu  
vocationis ; igitur existente Egregio  
Comite de Atarès , descendente mas-  
culo à filio primogenito masculo Do-  
natiorum, in dubia appareat ipsius li-  
teralis vocatio, prout etiam manifesta-  
se offert Illustris Marchionilæ voca-  
tionis omissio , inter descendentes filij  
primogeniti , à quibus hucusque non  
fuit egressa, nec egredi valet successio.

Quod magis suadetur, attenta lite-  
ra clausulæ tertiae dictæ donationis ; vt  
enim Donantes transitum facerent  
ad lineam filij secundo geniti masculi,  
nec in conditione voluerunt fœmi-  
nas comprehendere, ibi: *Et en defecto de  
dicho filio masclo, è descendientes de aquel  
mascllos, que vengan los ditos bienes en el  
otro fillo masclo :* Quapropter , tām ex  
dispositione qualificata masculinitatis,  
quàm ex conditione concepta sub ea-  
dem qualitate, defectus vocationis fœ-  
minarum in linea filij primogeniti  
masculi hæsitari non valet; consequen-

terque literalis ipsarum exclusio per-  
necesse infertur , vt die vigesima se-  
cunda mensis Iunij anni 1682. in Pro-  
cessu Didaci Gomez de Artieda, super ap-  
prehensione Comitatus de Sastago, in Re-  
gia Audientia præsentis Regni , con-  
cordi voto extat decissum, vt ex moti-  
vis apparat, fol. 50. ibi: *Quarta depromi-  
tur coniectura ex qualitate masculinita-  
tis sèpè repetita , tām in dispositivis,  
quam in conditionalibus , quæ tam se-  
dulo , & vigili studio expressa con-  
ceptum agnationis videtur præfer-  
re. Hæc quidem coniectura , quæ pro fir-  
mando agnatione à nonnullis valde extol-  
litur, potius, præstantiusque porrigit ar-  
gumentum ad masculinitatem propugnan-  
dam, quæ verbis innititur disponētis aper-  
tis , & enixa ipsius voluntate fulcitur.  
Etenim vox masculos solum est exclusiva  
fœminarum, & quemadmodum eas exclu-  
dit , ita omnes masculos videtur compre-  
hendere.*

Accedat etiam voluntas Donatiū,  
quæ veluti in speculo , non solum clara  
verum etiam clarissima perspici valet;  
ab eis enim literaliter vocati existunt  
Donatiorū filius primogenitus mas-  
culus, ac eius descendentes masculi ; &  
in eorum defectum filius secundo ge-  
nitus masculus, eiusque masculi descen-  
dentes ; & in defectum ipsorum quili-  
bet filius masculus , & eorum masculi  
descendentes , absque aliqua temporis  
præfinitione: Quæ linealis, & discretiva  
dispositio, cum iterata, & reiterata mas-  
culinitatis expressione, enixam demon-  
strat voluntatem Donantium ad exclu-  
sionem fœminarum, propter masculos  
remotiores, & alterius linea: Nam de-  
cedente filio primogenito, absque des-  
cendentibus masculis , eiusdem frater  
vocatus existit: Ergo fuit vocatus, etiam  
si ille cum fœmina deceperisset: Si igi-  
tur excludere voluerunt filiam primo-  
geniti per secundo genitum dictæ filiæ  
Patruum, & secundæ linea stipitem; pa-  
ri ratione excludenda venit Illustris

Mar-

Marchionissa per ipsius Patruum Comitem de Atares, cum militet eadem ratio, nec appareat diversa dispositio.

Quod ulterius suadetur ex ipsam clausula substitutionis filij secundo geniti masculi, ac eius descendantium masculorum: Nam hi dumtaxat substituti existunt in directum filij primogeniti masculi, & eius descendantium masculorum: Si ergo non patet aditus ad successionem secundo loco substitutis dum extet masculus descendens à filio primogenito, qua de causa succedere valebit fœmina non vocata in prima linea, neglecta in conditione, & in substitutione immediata prætermissa?

Convincitur etiam fœminarum exclusio, ex verbis eiusdem clausulæ tertiaræ, ibi: *Si ende avrà, quæ apertè disponunt, quod succedant masculi, donec extet masculi, qno casu iuxta communæ Doctorum placitum existentia masculorum suspendit, quamlibet vocacionem fœminarum, quoisque per omnium masculorum obitum amoveatur impedimentum, ut valeant succedere.*

Deinde fulcitur, per substitutionem aliorum filiorum masculorum clausulæ quartæ, ibi: *Et si no en de avrà, que vengan en qualesquiere otros hijos masculos; Verba enim, si no en de avrà, cum sint prolatæ absque temporis designatione, perpetuitatem, & tractum denotant successivum; idemque operantur, ac si dictum fuisset, quo cumque tempore defecerint masculi prime, & secundæ lineæ, succedat quilibet masculus descendens ex posterioribus lineis quorumlibet filiorum masculorum, ut decisum extat in Regia Audientia præsentis Regni, anno 1649. in Processu Petri Salinas, super Apprehensione Loci de Purroy, ibi: Ultra quod dicta verba, y descendentes masculos no avrà, denotant tractum, & perpetuitatem, cum absque temporis limite proferantur, & idem significant, quod in defectum masculorum; atque ideo vocati censemuntur unus post alium or-*

*dine successivo. Sicque apertius evincunt exclusionem fœminarum propter masculos remotiores: Nam eorum propria significatio hæc est, si tempore delatae successionis masculus descendens existat, ipse succedat; sin autem alij masculo deferatur successio; qua structura verborum non solum masculi vocantur, ibi: Si ende avrà, sed etiam fœminæ excluduntur, ibi: Et si no ende avrà; cum hæc cōditio negativa verificetur etiam si adsit fœmina descendens, dummodo non extet masculus descendens à filio primogenito, ut succedere valeat quilibet masculus sub dicta conditione substitutus.*

Roborantur prædicta, ex verbis relativis, & concatenatis cum masculorum præfatis vocationibus, & substitutionibus in clausula quarta appositis, ibi: *Servando en todos los sobredichos orden de genitura de mayor en mayor; cum enim hucusque omnes masculi, & solū masculi vocati, & substituti existant, idem important, ac si dictum fuisset, servetur ordo succedendi in præsenti maioratu de maiori masculo, in maiorem masculum: Nam verba illa en todos los sobredichos, sunt determinata, & relativa ad omnes, & solos antecedenter vocatos: Cumque inter invitatos ad successionem in prioribus clausulis non adsit vocatione, nec memoria quidem fœminarum; ipsarum vocationis defectus, consequenterque literalis exclusio agnoscenda venit, si ordo succedendi servandus est, prout à Donatoribus fuit verbis expressis, & literaliter ordinatus.*

Solidissimum etiam præstat fundatum ad exclusionem fœminarum, onus, & gravamen deferendi nomen, & arma de Funes & Villalpando, à Donatoribus iniunctum, præfatis filijs masculis, ac eorum descendantibus masculis, cum expressa dispositione, quod in casu contraventionis illico perveniant bona en los substituidos adaquellos, en de- fec-

fecto de ellos, è de cada uno de ellos: Cum ergo in antecedentibus clausulis solum reperiantur substituti masculi in defectum masculorum vocatorum, absque memoria aliqua fœminarum, per necessitate infertur, in casu contraventionis masculi possessoris, solum habere vocationem alterum masculum, tanquam substitutum in defectum vocatorum. Quapropter ex litera elicetur, Donantes scienter, & cum mysterio omisso fœminas in substitutione per eos facta contravenienti præcepto deferendi nomen, & arma, protus etiam omisserunt in omnibus substitutionibus factis in defectum masculorum antecedenter vocatorum: Nam aliter inanis reddeatur expressa, & geminata dispositio, qua literaliter cavetur, masculos prænominatos, & immediatè substitutos contravenientibus successuros fore, pro ut succedere debeant in defectum vocatorum, absque aliqua fœminarum invitatione in tam effusa, & perlonga serie substitutionum.

Vtque omnia superiora fulcita remaneant, accedat clausula substitutionis filiarum Donatariorum, ibi: *Et si se rà caso, que los dichos nombraderos morràn sin se fillos masculos, è descendientes de aquellos masculos, que pervengan en fijas legítimas de ellos, in qua Donantes, post substitutiones lineales, & discretivas descendentium omnium masculorum ex filiis masculis Donatariorum, processerunt ad substitutionem filiarum Donatariorum, & ipsarum descendentiū, absque vocatione fœminarum descendentiū à filiis masculis: Quapropter solū ex coniecturis, & præsumptionibus inferri valet ipsarum vocatione, quæ non est sufficiens ad exclusionem masculorum, qui primo loco literaliter, & absolute vocationi existunt; imò si cōtenderet successionem aliquis descendens ex filia Donatariorum, anticipitem subiret litem Illustris Marchionis p̄ satis apertum discrimen à Do-*

ctoribus agnitus, inter literalem, & coniecturatum vocationem.

Verū adhuc supposita vocatione Illustris Marchionis in dicta clausula, *si morràn*, præpotentius elicetur ipsius exclusio; cùm enim Donantes fecerint separatim lineas masculorum, & fœminarum, & prius omnes masculos, posteā verò fœminas vocaverint; vtriusque sexus adest discretiva vocatione: Quapropter iuxta receptā, & communem Doctorum censuram, non curatur de prærogativa lineę, sed de qualitate masculinitatis ab institutoribus exoptata; quid enim operabitur loqui separatim, & discretè de masculis, si eamdem masculorum, & fœminarum vocationis rationem esse velint Donatores?

Ex omnium igitur clausularum thenore liquido apparet, Donantes duplē casum præ oculis habuisse, quorum primus fuit existentia, & superviventia filiorum masculorum Donatariorum, & descendentium masculorum; secundus vero mortis Donatariorum absque filiis masculis, & descendentibus masculis: In primo quo studio, qua diligentia, lineas constituerunt, masculos vocando in dispositione, masculos in conditione colocando, masculos in substitutionibus invitando: In secundo vero fœminas substituere volentes, post omnes masculos, discretive, & conditionaliter tantum, quasi coacti eas invitarunt, & vnica oratione dumtaxat celeriter ab eis se expediunt: Quapropter ambigū non valet, in primo casu Donantes instituere voluisse maioratum masculinitatis; cum personæ à fundatoribus in omnibus lineis filiorum neglectæ perinde habeantur, ac si non extarent in rerum natura, & solum attēdi debeat qualitas ab ipsis desiderata: Ergo existente Egregio Comite de Atares, descendente masculo à filio primogenito Donatariorum, eidem successio decernenda venit,

Quibus minime refragatur substitutio fœminarum, qua iuvatur Illustris Marchionissa; vocantur enim sub hac conditione. *Et si serà caso que los dichos nōbraderos morrà sin se fillos masculos, & descendientes de aquello mas.los, que pervengan en fillas legitimas de ellos.* Quæ conditio (supposita Maioratus perpetuitate, quam indubie partes agnoscunt) resolvitur in duplicem conditionem, videlicet si Donatarij deceserint sine filijs masculis, & eorum filij, & descendentes pariter sine filijs masculis decesserint: *Quapropter existentia Egregij Comitis de Atarès, tanquam masculi descendantis à filio primogenito Donatariorum, impedit verificationem conditionis, sub qua Illustrum Marchionisam substitutam existere contenditur.*

Nam si in conditione positus excludit substitutum, etiam si non reperiatur in dispositione, ut tritum est in iure, quid erit dicendum de masculis descendantibus à filio primogenito Donatariorum? Qui literaliter vocati existunt, ibi: *E descendientes de aquel masculos; in substitutione filij secundo geniti positi in conditione reperiuntur, ibi: Et en defecto de dicho fillo masculo, è descendientes de aquel masculos.* Et iterum in conditione substitutionis fœminarum inveniuntur, ibi: *Et si serà caso que los dichos nōbraderos morrà sin se fillos masculos, è descendientes de aquellos masculos.* Evidem nulli dubium, in viam iuris, caducatam fuisse fœminarum substitutionem per mortem Donatariorum cum filijs masculis, & descendantibus masculis: Nam in substitutionibus sub conditione conceptis, nihil magis commune, quam sufficere semel conditionem extitisse, aut evanuisse, nec requiri eam durare, cum ipsius natura ea sit, ut non requiratur veritas actus permanentis, sed sufficiat veritas actus transeuntis.

Sed quia dictæ regulæ limitationem

agnoscimus, cū maioratus perpetuitas, prout in præsenti manifesta se offert, pro cōperto habemus non sufficere momētaneam prædictæ conditionis deficiētiam ad fœminarum perpetuam exclusionem, sed requiri ipsius perseverantiam, & continuationem; adeò ut quocumque tempore defecerint Donatarij absque filijs masculis, & descendantibus masculis, indubia sit verificatio conditionis, sub qua fœminæ invitatur ad successionem, per cuius adventum, & non antea succedere valebunt, ut Iura clamant, litera fundationis disponit, & voluntas Donatorum exoptat; Igitur cum hucusque masculus descendens existat, incompossibilis redditur conditionis adventus, ut valeat fœminæ deferri successio.

Minus obstat repetitio dictæ conditionis in omnibus maioratus possessoribus, qua valdè innititur Illustris Marchionissa, afferendo vocationem masculorum intelligendam fore de masculis lineæ effectivæ, distributivæ accipiendo verba, *si morrà*, adeò ut decedente possessore maioratus absque filijs masculis, & descendantibus masculis, ipsius filia succedere debeat, excluso masculo alterius lineæ.

Nam respondetur, quod continuatio & permanentia conditionis solum admittitur ne bona vinculata remaneant libera in ultimo vocato, consulendo perpetuitati maioratus per admissionem substituti, qui aliter perpetuo remaneret exclusus, cum semel fuerit defacta conditio; sed hucusque permanet perpetuitas præsentis maioratus absque suffragio repetitionis conditionis, *si morrà*: Ergo frustra desideratur ipsius repetitio in quolibet possessore, prætextu conservandæ perpetuitatis.

Vlteriùs, repetitio conditionis fieri debet prout scripta reperitur; sed conditio sub qua fœminæ substitutæ existūt est mors Donatariorum absque filijs masculis, & descendantibus masculis,

non

non autem possessoris obitus , ut litera probat: Ergo repetitio conditionis nihil operatur ad inclusionem fœminarum, cum hucusque non fuerit verificata cōditio sub qua succedere possunt.

Respondetur etiam, quod apponere substitutionem fœminarum in quolibet maioratus possessore , non est conditio- nis scriptæ repetitio, sed novæ conditio- nis accessio : Nam in litera donationis solum descendentes masculi à filio pri- mogenito Donatariorum positi in con- ditione reperiuntur , ad exclusionem substitutorum, ibi: *Et en defecto de dicho filio masclo , è descendientes de aquel mas- clo*, & per additamentum dictæ condi- tions fœminæ collocatæ existerent in cōditione ad exclusionem masculorum lineæ filij secundo geniti: Deinde om- nes descendentes masculi Donatario- rum positi existunt in conditione ad exclusionem fœminarum , ibi : *Sin se fi- llos masclos , è descendientes masclos*, & per prætēsam interpretationem solum des- cendentes masculi ab ultimo, & imme- diato possessore in conditione existerēt; quare dicta interpretatio tamquā restri- ctiva rejcienda venit , ob præceptum inherendi literæ: Nam aliter evertetur cartha generaliter loquens, per sub- tiles verborum interpretationes negle-cta, eorū propria significatione , ex qua clarior elucescit voluntas institutorum, vt executioni valeat mandari.

Eset etiam voluntatis Donantium correctoria; quia per ipsos fuit expresse dispostum , quòd succederent omnes masculi lineæ descensivæ filij primoge- niti masculi Donatariorum ; & per su- pra memoratam interpretationem suc- cederent permixtim, tam masculi, quā fœminæ descendentes à filio primoge- nito ; excludendo masculos vocatos, in conditione positos, & substitutos; fœmi- na non vocata, in conditione omissa , & in substitutione neglecta : Quòd enim nihil aliud est, quam vocationes expre- fas delere , substitutionum seriem in-

vertere, conditiones commutare, & no- vum maioratum instituere; quòd non est ferendum contra desideria morien- tiū ex libero viventium arbitrio.

Quibus suffragantur verba conditio- nalia clausulæ quintæ, ibi: *Et si serà caso, que los dichos nombraderos morràn*; quæ dumtaxat deservire valent ad inclusio- nē eorū qui sub hac expressa conditione vocantur, si fortè fuerit verificata condi- tio; non autē infringere possunt anterio- res masculorum vocationes, litera fun- dationis , & voluntate Donantium ro- boratas. Imò fateri debet, omnes mas- culos superius vocatos , positos in dicta conditione reperiri ad exclusionem fœminarum, quæ sub ea substitutæ exi- stunt: Absonum enim esset à verbis dis- positivis recedere per verba conditio- nalia separata , & ad diversum finem prolatæ; quorum natura ea est, vt nihil ponat in esse, signanter ad inversionem præcedentium substitutionum ; quod sanè non esset declarare, sed supplere, literam restringere, & Donantium vo- luntatem everttere.

Deinde per ipsarum substitutionum naturam, solum ad sequentes substitu- tiones devenitur , verificatis conditio- nibus specificis cuiuslibet lineæ : Cùm ergo Donantes primo loco ad succe- sionem invitaverint Donatariorum fi- lium primogenitum masculum , eius- que masculos descendentes , cum im- mediata substitutione filij secundo ge- niti masculi , & eius descendantium masculorum , sub conditione specifica deficien- tiae primæ lineæ masculinæ, ibi: *Et en defecto de dicho filio masclo , & des- cendientes de aquel masclo*; Invitando postea quoslibet filios masculos , & eo- rum descendentes masculos , sub illa conditione particulari: *Et si no ende avrà*; fœminæ postmodum substitutæ sub conditione, *si morràn*, admitti non valent , non verificatis conditionibus specificis priorum substitutionum , vi- delicet, *en defecto de dicho filio masclo , &* des-

descendentes de aquel masclos, quæ est apposita in secunda substitutione, & alia, quæ est inserita in tertia substitutione, nimis r̄m, si no ende avrà.

Quod clariū apparebit, & lucē accipiet sequēti medio: Donatarioū filius tertio genitus vocatus existit sub hac conditione: Si no ende avrà descendentes masclos del hijo segundo genito, & verificata prædicta conditione, succedere nequit filius tertio genitus, stante masculo descendente à filio primogenito: Quia primitūs, & ante omnia verificanda venit particularis, & specifica conditio, sub qua invitantur secundo loco substituti, scilicet: Et en defecto de dicho fillo masclo, è descendentes de aquel masclos: Ergo pariformiter fœminæ quarto loco substitutæ verificare debent primam conditionem specificam deficiētiæ masculorum descendentiū à filio primogenito, & secundam particularem non existentiæ masculorum descendantium à filio secundo genito, quod impossibile redditur, existente Egregio Comite de Atarès, descendente masculo à filio primogenito.

Denique declaratio sibi vendicat locum, quando aliqua clausula obscurè concepta alterius clausulæ claritate elucescit; verba tamen donantium in vocationibus, & substitutionibus masculorum sunt clarissima, & indubitata; sicque frustra desideratur declaratio proveniens à clausula, si morrà, cùm in claris non sit opus coniecturis, & interpretationibus; quod præcipue procedit, quando substitutiones, prout in præsenti, sunt diversæ, & discretæ, tām respectu personarum, quām temporum, & casuum, & sunt omnes orationes perfectæ de per se, continentes integrum sensum, & ab alijs independens quælibet illarum, quin ab uno verbo regantur.

Nam prioris lineæ masculi absolutè vocantur, absque præfinitione tempo-

ris, & casus, ibi: Apres dias de ellos, vengan en el primero fillo masclo, que Dios les darà, è à ellos sobrevivirà, è en los descendentes de aquel masclos. Et in defectum eorum votati existunt filius secundogenitus masculus, & eius descendentes masculi, ibi: Et en defecto de dicho fillo masclo; è descendentes de aquel masclos, que vengan en el otro fillo masclo, è descendentes de aquel masclos, & immediatè etiam vocantur cæteri filij masculi, & eorum descendentes masculi, sub conditione; Et si no ende avrà, que vengan en qualesquiere otros hijos masclos, è descendentes de aquellos, de la calidad, è condiciones susodichas, separando masculos à fœminis cum clausulis sequentibus; servando en todos los sobredichos orden de genitura de mayor en mayor: Con que siempre aquél, en quien los sobredichos bienes pervendrán, ayan à llevar los Sobrenombres, è Armas de Funes, & Villalpando: Et si el contrario faràn, pierdan los ditos bienes, è vengan en los substituidos aquello en defecto de ellos, è de cada uno de ellos.

Fœminæ verò dumtaxat substitutæ existunt, si Donatarij deceaserint absque filijs masculis, & descendantibus masculis; Quare prædicta clausula, si morrà, nihil cōmune habet cum præcedentibus, vt prætextu declarationis ab ea profluētis excludātur à successione masculi literaliter, & absolutè, primo loco votati, per fœminas post omnes masculos posteriori loco, sub conditione, coniecturaliter, & discretivè substitutas; Quod esset perfectam, clam, & per longam seriem vocationum, & substitutionum masculorum studiosè à Donatoribus contextam, unico verbo, si morrà, invertere, & evertere.

Minùs obstat alterum fundamentum, quo iuvatur Illnstris Marchionisa, asserendo, quod prælatio masculorum fuit limitata, concreta, & determinata ad tempus, & in tempore mortis Donatio-

riorum, per clausulam s<sup>e</sup>pius repetitam, è si serà caso, que los dichos nombra-deros morrà: Et cum per obitum Donatiorum in hisce successerit bonis Don Ioannes de Funes & Villalpando, eorum filius primogenitus masculus, quin adsit in donatione litera expressa, ut quocumque tempore, & in qualibet successionis vacatione, masculus remo-tioris lineæ, exclusis fœminis, succedere debeat; qualitatem masculinitatis so-lummodo fuisse à Donatoribus deside-ratam in ingressu, non verò in succe-sionis progressu, & prælationem mas-cularum, non absolutam, sed ut conso-nam maioratui regulari, intra eamdem lineam, & gradum, limitatam appa-rere.

Nam respondetur, quod si fuit concreta, & determinata conditio ad tem-pus, & in tempore mortis Donatario-rum, fuit caducata fœminarum substi-tutio, quin fœminæ vlo casu succedere valeant; si absolutè, & simplicitè venit intelligenda defientibus filijs, & def-centibus masculis, manent prorsus inclu-sione destitutæ, cum solùm masculi in conditione existant, quorum appella-tione fœminæ non comprehenduntur: Ergo quomodocumque dicta conditio intelligatur excludenda venit Illustris Marchionissa, existente masculo descen-dente à filijs masculis Donatiorum.

Deinde, ex vocatione perpetua mas-cularum necessario sequitur exclusio perpetua fœminarum; sed in fundatio-ne præsentis maioratus successiva voca-tio masculorum descendenterum à filijs masculis Donatiorum, est perpetua, & absoluta, absque aliqua temporis præfinitione: Ergo absque violatione literæ inficiari nequit perpetua exclu-sio fœminarum, propter masculos re-motiores.

Quod probatur aperte per verba vocationis filij primogeniti masculi, ibi: *Vengan en el primer hijo masculo, que Dios les dará, è a ellos sobrevivirá;* ex quibus

apparet, Donantes præsentem bonorum dispositionem ordinasse supposita ex-i-stētia, & supervivētia filij primogeniti masculi, cōsequenterq; supposito succe-sionis ingressu; sed immediatè repe-riuntur vocati ipsius descendentes mas-culi, ibi: *E en los descendientes de aquel mascllos:* Ergo tam in ingressu, quam in progressu fuit literaliter exoptata à Donatoribus qualitas masculinitatis.

Deinceps, existente, & supervivente filio primogenito masculo, neque in in-gressu, neque in successionis progressu adest vocatio fœminarum: imò solūm masculi votati existunt; sed, absque vo-catione vtriusque sexus non habet locū quæstio prælationis: Ergo in præsentia-rum frustra disceptatur de prælatione masculorum, habita distinctione ingres-sus, & progressus.

Vlterius, si tempore mortis Donata-riorum solūm existerent neptis ex filio primogenito, & filius secundogenitus, fœmina excluderetur propter filium secundogenitum, quia non adest voca-tio fœminarum ad successionis ingres-sum; sed ad successionis progressum ni-hil vltra dispossuerunt Donantes; Imò eodem themate retento, absque varia-tione sermonis, substitutiones constru-xerunt in sequendo masculos omnium linearum, quin adsit memoria fœminei sexus, inter descendentes à filijs mas-culis Donatiorum: Igitur excludenda venit Illustris Marchionissa in successio-nis progressu, propter masculum alte-rius lineæ, prout in ingressu remaneret excludsa.

Denique, per contraventionem pos-sessoris maioratus non deferendo no-men, & arma, datur successionis pro-gressus; sed in casu contraventionis so-lūm vocantur masculi per ordinē prio-rum substitutionum, vbi fœminæ repe-riuntur omisæ, ibi: *Vengan a los substi-tuidos adaquellos en defecto de ellos, è de cada uno de ellos:* Ergo in ingressu, & suc-cessionis progressu est absoluta exclusio

fœminarum, dum extet masculus descendens à filijs masculis Donatario-

xum.

Néque obstat afferere, quod hæc lis in triplici statu considerari valet, aut clara ex parte Comitis de Atares, aut clara ex parte Illustris Marchionisæ, vel dubia; & quod Egregius Comes dumtaxat in primo casu potest obtinere contendente Illustri Marchionisa, quæ tanquam filia vltimi, & immedia-  
ti Possessoris, in duobus casibus præfe-  
renda venit: Cumque videatur adesse  
dubium in absoluta prælatione mascu-  
lorum, iuxta clausularum thenorem, ipsorum exclusio in præsentiarum appa-  
ret manifesta.

Nam respondetur, dictam regulam procedere quando ex vocatione per mixta masculorum, & fœminarum hæ-  
sitatio cadit super prælatione; non autem quando fœminæ coniecturali voca-  
tione includuntur, masculi verò in du-  
bie, & literaliter vocantur, prout in præsenti contingit: Quia duobus con-  
tendentibus successionem bonorū, quo-  
rum vñus literaliter vocatus existit per  
verbi propriam significationem, alter  
verò interpretationibus, & coniecturis suani vocationem probare conatur, hic  
proculdubio remanere debet exclusus:  
Cum ergo inclusio Illustris Marchionis-  
æ solùm ex coniecturali vocatione valeat inferri, meritò excludenda venit  
per masculum literaliter, & expresse  
vocatum.

Deindè substitutus ad fideicommissi successionem admitti non valet, non im-  
pleta conditione sub qua vocatus exi-  
stit; sed fœminæ substitutæ inveniun-  
tur sub conditione: *E si ferà caso, que los dichos nombraderos morràn sin se fillos masculos, è descendientes de aquellos masculos,*  
cuius verificationem impedit Egregius Comes de Atares masculus descendens à filio primogenito Donatariorum: Igitur notorius apparet defectus inclusio-  
nis Illustris Marchionisæ per ipsius cō-

ditionalem substitutionem, stante re-  
gula Iuris in iudicijs possessorijs stabili-  
ta, quod lite mota inter institutum, &  
substitutum, eum qui primo loco insti-  
tutus est, in possessionem opportet in-  
duci.

Sed ut nulla ratio dubitandi super esse videatur, sic retorquetur argumen-  
tum: Aut Illustris Marchionissa litera-  
liter vocata existit in clausula *si morràn;*  
aut coniecturaliter substituta reperitur;  
aut omissa in donatione profitetur. Si  
vocata existit in clausula *si morràn;* insuffi-  
ciari nequit fœminarum discretiva vo-  
catio, quo casu notoria ostenditur ipsa-  
rum exclusio propter masculos remo-  
tiores, & alterius lineæ, vt uno ore te-  
stantur Interpretes. Si coniecturalem  
agnoscit ipsius vocationem, excludere  
nequit masculum literaliter, & indubie  
vocatum; aliter enim melioris condi-  
tionis existeret inclusio dubiæ vocatio-  
nis, quam claræ, & manifestæ, quod non  
est ferendum. Si omissa in donatione  
reperitur, pro omissa haberi debet, quin  
virtute legalis, & subintellectæ vocatio-  
nis successionem contendere valeat,  
prout quam plurimis decisionibus Tri-  
bunalium nostri Regni omnes agnos-  
cunt: Ergo quocumque modo Illustris  
Marchionisa suam inclusionem ambire  
conetur, à præsentis maioratus succe-  
sione excludenda venit.

Quapropter, ex duplice capite vlti-  
ma diluitur obiectio: Primo, quia ex  
thenore donationis, notoria, & litera-  
lis se offert exclusio fœminarum dum  
extent masculi descendentes à filijs masculi-  
bus Donatariorum: Secundò, quia regu-  
la in dubio pro fœmina iudicandum  
fore, sibi vendicat locum in contentio-  
ne dubiæ prælationis, supposita in ea-  
dem clausula utriusque sexus vocatio-  
ne, non autem cum fœmina includitur  
coniecturali vocatione, & masculus cla-  
re, & literaliter vocatus existit, qui est  
noster casus, vt oculis cernitur, absque  
sufragio cōiecturatæ mentis Donantiū.

Sed

Sed adhuc superest scrupulus de sumptus ex clausula sexta, vbi literaliter, & expresse masculos, & fœminas descendentes Donatariorum positos in conditione reperimus, ut transitus sit ad vocationem consanguineorum Donantium, his verbis: *E si serà caso, que las dichas personas nombraderas, è los descendientes de aquellas, assi masculos, como fœmbras, legitimos, è legitimas, & de legitimo matrimonio procreados, è procreadas fallecerán; que en tal caso los ditos bienes ayan à pervenir, è pervengan en un mascllo parente mas cercano, &c.* Nam ex his inferri videtur, quod ob perpetuitatem maioratus, fœminæ omnes descendentes Donatariorum in conditione positæ, censentur vocatæ: Ergo non designato in hac donatione earumdem successioni loco, videtur illum obtinere oportere quem regularis maioratus regulæ constituunt.

Accedit etiam, quod diversimode concepta hæc clausula reperitur, ac alia, in qua filiæ Donatariorum vocantur: Nam hic absolute, & sine præfinitione temporis videntur ponni in conditione omnes filij masculi, ac descendentes eorum masculi, & omnes fœminæ descendentes à Donatarijs, vt novæ substitutioni consanguineorum locus sit: Illuc autem videtur limitata, & circumscripta ad casum, & tempus mortis Donatariorum sine filijs masculis, ac descendantibus eorum masculis; itaque ex discretivo modo concipiendas clausulas per Donatores, videtur qualitatem prælativam masculinitatis solummodo esse desideratā in ingressu, & non in successionis progressu.

Sed his facile respondetur; nā positi in conditione nunquā censentur vocati, secundum iuris regulas, ad excludendum primum institutum, sed tantum ut successio substituti sub ea conditione locum non habeat, donec prius in conditione positi deficiant: Vnde licet omnes masculi, & fœminæ descendentes Do-

nantium in conditione positi excludat consanguineos substitutos sub ea conditione, propter eorum subintellectam vocationem; attamen excludere nequeunt priores substitutos, & multo minùs descendentes masculos, qui literaliter, & separatim inter se substituti existunt: Nec enim ferendum est, postriorem conjecturalem substitutionem vincere posse priorem, specificam, discretivam, & literalem vocationem masculorum, ut superius diximus. Quod aperte quoque convincit discretivus Donantium loquendi modus; nam in prioribus substitutionibus, descendentes masculos simpliciter ad successionem vocant; dum verò fœminas, & masculos descendentes ponunt in conditione, consulto addunt, quod sint, *legitimis, & legitimas, procreados, è procreadas.* Ergo ex omissione fœminarum in primis vocationibus, liquido deducitur ipsarum exclusio, iuxta voluntatem Donantium.

Similiter non urget difficultatis augmentum: Tum quia hæc formulæ, *si morrà, si falleceràn,* & aliæ similes, licet revera diversæ sint, idem operantur: Tum etiam, quia à separatis non fit illatio, maximè cum Donantes vellet secundam donationem omnino prioris dissimilē ordinare, ut ex utriusque serie, & structura manifestè comprehenditur: Tum denique, quia si sub hac formula, *si falleceràn,* intelligitur comprehensus ingressus simul, ac successionis progressus, ita ut existentibus masculis, & fœminis descendantibus Donantium, locus non sit successioni transversarium; pariter etiam, inter descendentes masculos filij primogeniti, progredi debet successio, donec extent; cum in eorum defectum adveniat casus secundæ substitutionis filij secundo geniti, & eius descendantium masculorum; nec locus fieri possit reliquis posterioribus substitutionibus, donec omnes priores penitus evanescant.

Minus obstat decisio Regie Audientiae presentis Regni anni millesimi sexcentesimi septuagesimi primi, in Processu Appellationis Domnae Iosephae Antoniae de Gurrea, Cerdan & Sayas, vbi concordi voto in favorem filiae ultimi, & immediati possessoris fuit pronuntiatum, contra masculum remotiorem, & alterius lineæ: Nam (ultra quod in hac Curia Iustitiae Aragonum contrarium fuit decisum) respondetur, quod in illo casu masculi collectivè vocati reperiebantur, & sub eadem oratione fœminæ substitutæ existebant, virtute clausulæ thenoris sequentis: *Hago, è instituyo Mayorazgo perpetuo, en el qual de mayor en mayor, guardando orden de Primogenitura, quiero que sucedan los dichos mis nietos varones, arriba nombrados, y sus descendentes varones para siempre; y en falta de varones, las descendientes hembras.* Quare dubitari poterat, prout fuit dubitatum, utrum substitutio, y en falta de varones, las descendientes hembras, distributivè accipienda foret, adeò ut deficientibus masculis lineæ descensivæ primi Nepotis, fœmina eiusdem lineæ succedere possit, excluso masculo descendente à tertio Nepote, cum quo lis erat; & regulis Maioratus regularis inhærendo pro fœmina iudicatum extitit: In nostra tamen specie, ut nulla ratio dubitandi superesset, separatim, & discretè fecerunt Donantes lineas masculorum inter omnes, & solos masculos, & in cōditione dumtaxat posuerunt masculos ad transitum cuiuslibet lineæ, diversis, & separatis orationibus, absque aliqua memoria fœminarum, quas solum invitare voluerunt ad casum mortis Donatariorum, absque filijs masculis, & descendantibus masculis: Quare inter utrumque casum notorium agnoscitur discriminem communi Doctorum calamo comprobatum, ut in illo qualitas masculinitatis intra eamdem lineam, & gradum attendi valeat; hic verò, quocumque tempore, &

casu quilibet masculus absolutè fœminam excludere debeat.

Accedit etiam, quod cum plures heredes fuerint instituti, ideoque plures lineæ ab initio constitutæ, pluresque stipites considerati, hinc proinde reciproca substitutio intelligenda venit distributivè, & discretivè, inter filios, & descendentes cuiuslibet lineæ, seu stipitis inter se, non autem de linea ad lineam: Tunc verò reciproca inter plures collectivo nomine vocatos operativa est quoad omnes, quando unus heredes ab initio est institutus, & sic omnium successivè vocatorum unus est stipes constitutus, cum tunc licet descendentes in plures lineas dividantur, in effectu tamen unica sit linea in plures ramos, seu colonelos divisa; & hanc distinctionem agnoverunt aperti, & discreti Text. in cap. unico, de eo, qui sibi, vel heredibus suis masculis, & fœminis, & in cap. uni. de duob. fratrib. lib. 2. feudor. Nam in priori textu cū quis sibi, vel heredibus suis masculis, vel his deficientibus fœminis per beneficium investitum feudi accepit, pronuntiatum fuit, non patere locum fœminæ in feudi successione, donec masculus supereft ex eo qui primus de hoc feudo fuerit investitus. Et in posteriori textu duobus fratribus simul investitis, ut quandiu ipsi, vel eorum masculi viverent, & masculis deficientibus fœminæ si supereffent feudum haberent, ex his altero filia relicta decedente, & altero superstite, filiæ, & non fratri, feudum deferri respondetur; unusquisque enim sibi, suisque heredibus videtur prospexit, & dumtaxat dicitur discretivè ordinatum fidei commissum inter descendentes uniuscuiusque lineæ. Unde cum species memoratae decisionis Regie Audientiae, iuxta ipsius cēsuram, apprimè conveniat textui in cap. unico de duobus fratribus; & casus noster omnino congruat dicto cap. unico de eo, qui sibi, vel heredibus, meritò circa utriusque casus diversitatem, amplius

plius ambigendum non esse convin-  
citur.

Postremò in hoc iudicio litispenden-  
tiæ , iure vinculorum obtainere debet,  
qui meliori titulo fundet intentionem  
suam, iuxta Forum: *Avezes* 30. tit. *De  
Apprehensionibus* : Nam etsi iudicium sic  
possessorum, admixtam habet hoc casu  
proprietas causam; & licet titulus me-  
diatus Donationis sit utrique parti cō-  
munis; attamen titulus proximus, &  
immediatus, propria debet esse vnius-  
cuiusq; vocatio, in eadē scriptura Dona-  
tionis contenta : Cumque substitutio  
Egregij Comitis de Atarès sit literalis,  
clara, & specifica, & substitutio Illustris  
Marchionis scripta non appareat, imò  
subintellecta, conditionalis, posterior,  
& discretiva sit, meritò infertur, secun-  
dum propositam foralem sanctionem,  
obtinere debere Egregium Comitem  
de Atarès: Nam quod magis est, etiam  
si dubia fuisset vinculantum voluntas,  
(quæ revera in præsenti clarissima ap-  
paret) inhærendo iuris, & Fori regulis  
in eorum voluntate interpretanda, tu-  
tius videtur, iuxta commune Do-  
ctorum placitum, verbis insistere, nec  
aliud inquirere,

Repellitur verò secunda propositio  
Illustris Marchionis, respectu quanti-  
tatis duodecim mille librarum Iaccen-  
sium pro firma dotis pactionata, & pro-  
missa per Illustrem Don Ioannem de  
Funes & Villalpado, in favorem Dom-  
næ Mariæ Franciscæ Climent, in pa-  
ctis dotalibus initis inter ipsos, cuius  
exactione legitimis inclusionibus Illu-  
stris Marchionis cōtendit: Quia solutio  
dictæ quantitatis legitimè probatur per  
instrumentum Apochæ in Processu ex-  
hibitum, confectum anno millesimo  
sexcentesimo quadragesimo, per dictum  
Illustrem Don Franciscum Hyacintum,  
dictæ Domnæ Mariæ filium, &  
hæredem, in favorem Don Ioannis de  
Funes sui Patris; cumque debiti solu-  
tione, quælibet obligatio extincta re-

maneat, meritò dictæ quantitatis exa-  
ctio deneganda venit.

Nec quidquā obest, prædictam Apo-  
cham instrumentalem fuisse confiden-  
tialiter confectam, consequenterque  
nullius momenti fore existimandam;  
quod inferri arguitur ex alia Apocha  
anno millesimo sexcentesimo trigesi-  
mo quinto confecta per dictum Don  
Franciscum Hyacintum in favorem  
D. Ioānis sui Patris; in qua fatetur rece-  
pisse quātitatē duodecim mille librarū  
Iaccensiū, pro solutione firmæ dotis di-  
cta Domnæ Mariæ eius Matri debitæ,  
& ipsi Don Francisco, tanquam illius  
hæredi pertinenti; ex Comandæ instru-  
mento, in quo dictus Don Ioannes se  
obligavit in eadem quantitate in dicta  
Apocha comprehensa in favorem Don  
Francisci; ex contracharta, in qua si-  
mul Don Franciscus promisit non exi-  
gere dictam quantitatem dum vixerit  
Don Ioannes eius Pater; & denique ex  
supra memorato instrumento Apochæ  
eiusdem quantitatis, confecto anno  
millesimo sexcentesimo quadragesimo,  
per dictum Don Franciscum cum in-  
clusione Apochæ primæ, & cancellatio-  
nis Comandæ: Quibus omnibus coacer-  
batis, manifestam, & claram confiden-  
tiæ probationē apparere Illustris Mar-  
chionisa contendit.

Nam respondetur, quod etsi quan-  
titas augmenti dotalis in prima Apo-  
cha comprehensa, non fuerit realiter,  
& cum effectu soluta, sed in comandæ  
obligationem conversa, vt actuum cor-  
respectivitas satis demonstrat; exinde  
inferri non valet secundam Apocham  
quinque annis elapsis confectam fuisse  
confidenter concessam, imò potius ve-  
ra, & effectiva solutio præsumenda ve-  
nit, prout ab ipso Don Francisco profi-  
tetur, cuius instrumentalí assertioni si-  
dem adhibendam fore insufficiari ne-  
quit, cum non appareat de confidentia  
dictæ Apochæ modis, & formis à iure,  
& à foro stabilitis.

Minus obstat testamentum Illustris Domnæ Mariæ Franciscæ Climent, in quo dispositum extat, Don Franciscum eius filium, nec quemlibet alium successorem, non posse exigere quantitatem augmenti dotalis dum vixerit dictus Don Ioannes, eius Maritus; sicque nullatenus potuisse Don Franciscum illam recipere, nec Apocham confidere eius Patre vivente: Quia facilis, evidensque solutio se offert ex clausula sequenti eiusdem testamenti; ibi: *Item por quanto por, y en virtud de la Capitulacion matrimonial entre mi, y dicho mi Marido, y Señor, hecha en Zaragoza, testificada por Diego Feced, Notario publico del Numero de la presente Ciudad, que quiero aqui aver por calendada, segun Fuero del presente Reyno, el dicho Señor Don Juan me firmò, y asegurò por escrèx, y aumento de dote doscientos quarenta mil sueldos ja. q'nes, y si aquello el dicho mi marido, y Señor los huviesse de pagar, y pagasse efectivamente, le seria de muy notable descomodidad, y encuentro, lo qual deseo evitarle, por lo mucho que le amo, y quiero. Por tanto quiero, ordeno, y mando, que mi heredero infrascripto, ni ningun successor mio en la dicha mi universal herencia, no pueda pedir, ni cobrar los dichos doscientos y quarenta mil sueldos, durante la vida natural del dicho mi Señor, y Marido.*

Ex qua manifestissimè evincitur, quod præceptum illud, *no pueda pedir, ni cobrar*, fuit per testatricem impositum hæredi scripto, & cuilibet successori, favore Don Ioannis sui Mariti, ne compelleretur vita durante ad solutionem dictæ quantitatis: Quare cum quilibet valeat renunciare beneficio in sui favorem concessu, recte potuit Don Ioannes præfatam solvere quātitatem, nondum elapsa dilatione à testatrice expressa; consequenterque licet non potuerit Don Franciscus, vivente Patre, dotis firmam petere, & exigere; attamen potuit eam accipere, & instrumentum Apochæ legitimè confidere:

Quod etiam concordi voto per Regiam Audientiam huius Regni fuit decisum, die nona mensis Septembris anno millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, in Processu Regitorum Hospitalis Generalis Divæ Mariæ de Gratia Civitatis Cæsaraugustæ, super Apprehensione, ut ex motivis appareat fol. 13. & 14.

Reiicitur quoque secunda proposi-  
tio oblata per Illustrē Marchionisam,  
respectu septem censuum, quos Mar-  
chio Don Ioannes de Funes & Villal-  
pando, simul cum vassallis imposuit in  
favorem Don Alphonsi de Villalpando,  
mense Novembris anni millesimi sex-  
centesimi vigesimi; qui mense Maij an-  
ni sequentis vèdidit Marchionisæ Dō-  
næ Mariæ Franciscæ Climent, nondum  
cessis pensionibus primi anni; & postmo-  
dum Marchiones ipsi vendiderunt de-  
cima octava Augusti anno millesimo  
sexcentesimo vigesimo secundo, Licen-  
tiato Antonio Barrau, Presbytero; qui  
decima nona Aprilis anni millesimi  
sexcentesimi vigesimi tertij, de eisdem  
censibus disposuit in favorem personæ,  
quam ijdem Marchiones, eorumve ha-  
redes declararent; & defuncta iam Mar-  
chionisa, in vim cuiusdam sententia  
arbitralis, seu transactionis, adiudicati  
fuere huiusmodi census Marchioni  
Don Francisco Hyacinto de Funes &  
Villalpando, propter æqualem quanti-  
tatē ex dote materna alienatam, quibus  
omnibus instrumentis inclusionē suam  
probat Illustris Marchionisa, & ex eisdē  
sanè refelli videtur, triplici ex capite.

Primò, quia ex continuatione  
scripturarum canfectorum anno mil-  
lesimo sexcentesimo vigesimo, & tri-  
bus immeiatè sequentibus, obligatio-  
nem censuariam potius in favorem  
Marchionisæ comparatam esse colligi-  
tur, quam Don Alphonsi de Villalpan-  
do, cuius nomine simulatè gesta repe-  
ritur; quia in contractibus, non tam  
scriptura, quam rei veritas perspici de-  
bet, quæ coniecturis, & præsumptioni-  
bus

bus instrumentalibus in præsenti deprehenditur, ac proinde concludens elicitur simulatio, non quoad veritatem contractus, sed quoad nomen creditoris, illi per figmentum appositum; quod nullam hoc casu reddit obligacionem; nam cum ea contracta intelligatur in favorē Marchionis, sibimet obligatus Marchio remaneret, ex quo in nostro Regno vir vxori suæ inutiliter obligatur.

Secūdò, nam etsi valida esset à principio hæc obligatio, ex post facto inutilis iam fuit effecta, venditione subsequuta Don Alphonsi de Villalpādo, nam census empti à Marchionisa, statim adquisiti fuere eius viro, quoad mediatem, ex sanctione forali, & integrè ex verbis sequentibus pactorum nuptialium, ibi : *Todos los demás bienes que hubiere, y à los dichos futuros conyuges en qualquiere manera pertenecieren, y por ellos se hubieren acrecentado titulo oneroso, & aun por el Señor D. Juan de Funes & Villalpando se han traído; y los que por el, título lucrativo se hubieren adquirido, ayan de ser, y sean para él, en su caso, y para sus herederos, y successores en el suyo; sin que en ellos, ni en parte de ellos la dicha su futura muger por razon del presente Matrimonio, tenga, ni alcance otro, ni mas drecio, parte, ni porcion de el que conforme al tenor de la presente Capitulacion matrimonial le podrá pertenecer.* Et quamvis verum sit, quod quando creditor succedit debitori revocabiliter hypotheca non extinguitur; at in hoc casu non successit creditor debitori, sed è conversò debitor creditori; atque non revocabiliter, sed irrevocabiliter, quod licet contingat titulo particulari extinguitur obligatio; quia res venit ad casum, à quo incipere non potest; & tunc non est considerandum, an ius hypothecæ sit revocabile, cùm repugnet, quod res eadem sit obligata sibi à semetipso, & quod hypothecans, & cui res est hypothecata sit eadem persona; siquidem in

contractibus fieri debet distinctio inter personam dantis, & accipientis, quod non evenit in successore Maioratus, qui censum ab alio super eo impositum sibi adquirit; nam tunc solùm est debitor sui ipsius ratione rei hypothecatæ, quā possidet revocabiliter, ideòque substituebitur obligatio: Verū cū ipse hypothecans succedit creditori suo, licet ius hypothecæ sit revocabile, attamen obligatio personalis est irrevocabilis; & similiter adquisitio obligationis; & cum actio, & passio in eodem subiecto concurrere non possint, extinguitur obligatio personalis, & sublata propria obligatione principali, accessoriā hypothecariam tolli necesse est: Vnde posteriorem venditionem horum censuum ab ipsis Marchionibus celebratam in favorem Antonij Barrau, inutilem, & inefficacem esse apparet, saltim respectu obligationis personalis, & hypothecariæ eiusdem Marchionis, quæ in vim prioris adquisitionis penitus extincta erat.

Tertiò, licet ab initio, & ex post facto subsistere posset huiusmodi obligatio censuaria, attamen cùm ex sententia arbitrali ( quæ pro parte Illustris Marchionis exhibita reperitur) resulteret prædictos census fuisse adiudicatos Marchioni Don Francisco Hyacinto, ob solutionem dotis maternæ alienatæ à Marchione Don Ioanne, eius Patre, qui non aliter huic restitutioni erat adstrictus, quam sub triplici conditione, vt ex eadem sententia arbitrali, & partis nuptialibus abundè colligitur; vide licet, constito de receptione dotis, de ipsius alienatione, & nulla in eius locū subrogatione facta; debebant hæc omnia concludenter verificari velut intentionis fundamentum, vt adiudicatio censuum, ex causa dotis alienatæ legitima recenserī valeat.

Nec obest cōstare equidē de alienatione per assertionē arbitri, & confessionē partis, maximè cum factū illius, & huius fa-

factū esse videatur; nam facile respondeatur, assertioni arbitri standum in iudicio non esse, nisi alijs legitimis documentis probetur, signanter in re magni præiudicij. Neque ea in præsenti robur accipit ex cōfessione partis, cum ex ea nullum inferri valeat præiudiciū rebus maioratui suppositis ; præterquam, quod nullatenus constat de duabus alijs conditionibus, quibus obnoxia erat dotis restitutio, scilicet, eam esse receptam, & nullam præcessisse subrogationem : Ergo non probata causa, quam exprimit Arbitr in adiudicatione horum censuum , nec ea quæ ex altera sententia arbitrali , in hac posteriori relata continetur ; velut legitima recenseri nequit huiusmodi adiudicatio , qua prædicti census in locum dotis alienatæ subrogati existunt.

Deinde neque procedere arbitramur exactionem creditorum provenientium ex pactis dotalibus initis inter Illustres Don Iosephum de Funes, & Villalpando, Marchionem de Osse-  
ra, & Domnam Mariam Eleonoram de Monroy, Marchionisam de Castañeda, coniuges ; & ex instrumento Apochæ confecto per dictum Marchionem, anno millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo, in favorem Domnæ Mariæ eius vxoris , quæ quidem credita ad quatuor species reducuntur. Prima consistit in quantitate centum septuaginta, & septem mille, & octingētarum dragmarum ærossarum , tradita per Illustrum Marchionisam ratione dotis in auro, argento, & alijs bonis mobili-  
bus, cum hac generalitate , nullaque specificatione mentionatis. Secunda fundatur in quātitate quindecim mille ducatorum monetæ ærossæ promissa per Illustrum Marchionem dictæ Domnæ Mariæ eius uxori, ratione augmen-  
tis dotalis; & hoc cum conditionibus in dicta Capitulatione Matrimoniali ex-  
pressis. Tertia provenit ex alijs bonis

dotalibus receptis per Marchionem; vt ipse fatetur in instrumēto apochæ, narrando illa , & eorum æstimationem in individuo. Quarta denique oritur ex quantitate octuaginta, & duorum mil- lium ducatorum monetæ ærossæ, in qua summa ( fructibus decem annorum computatis) fuerunt æstimati redditus Regales vitalicij in dotem per Marchionisam traditi, & ad illam restituendam sese obstrinxit Marchio in dicto apochæ instrumento.

Neutram tamen ex dictis quantitatibus persolvendam fore manifeste apparet; nam æstimatio bonorum dotalium , tam comprehensorum in pactis dotalibus, quam in apochæ instrumen-  
to, & augmenti dotalis, in moneta ærosa facta reperitur , vt dictæ scripturæ demōstrant: Cumque omnes quantita-  
tes, in moneta laccensi , per Illustrum Marchionisam exigantur ; pro funda-  
mento suæ intentionis verificare debe-  
bat valorem monetæ ærosæ , tem-  
pore contractus Matrimonij ; sicque  
cum deficiat super huiusmodi requi-  
sito concludens probatio , merito  
dictarum quantitatum exactio denega-  
tur.

Fulcitur etiam dictorum creditorum exclusio, quia cum bona apprehensa , à quibus præfatas quantitates Illustris Marchionisa exigere intendit , vinculis obnoxia reperiantur , & ex me-  
ritis Processus appareat, quam plurima bona libera , per mortem Marchionis Don Iosephi, tam in Regno Aragonum, quam Castellæ, remansisse ; priùs con-  
tra hęc Illustris Marchionisa suas actio-  
nes debuerat exercere ; & cum in hoc defecerit , merito dicta propositio re-  
pellenda venit.

Deinde aliud efficax fundamentum militat contra æstimationem factam per Marchionem D. Iosephum in Apo-  
chæ instrumento confecto anno mil-  
lesimo sexcentesimo octuagesimo secū-  
do, respectu redditum Regalium in do-  
tem

rem traditorum per Marchionisam; quia cum illi reperiantur adducti in pactis dotalibus simpliciter, & absolute; & fructus ex illis procedentes, secundum dispositionem iuris pertineant marito ad onera matrimonij subeunda; minimè potuit Marchio post contractum matrimonium, in instrumento Apochæ, in præiudicium successorum Maioratus, obligationem contrahere, cōputando estimationem dictorum reddituum ex fructibus quos per decennium recepit, in quantitate octuaginta & duorum millium ducatorum moneta ærosæ, & cum præfata estimatione successoribus præiudicium inferre.

Nec prodesse potest confessio facta per Marchionem in dicta Apocha, fātendo se recepisse alia bona dotalia æstimata propter adducta in pactis dotalibus: *Quia licet verum sit, in illis fuisse conventum, quod Marchio tenetur restituere, non solum bona, quæ si bi tradita fuerunt, verum etiam quæcumque alia, quæ postmodum receperit; tamen confessionem solam de recepto factam per Maioratus possessorem, non sufficere, pro comperto habemus; ut enim in præiuditium successorum aliquid valeat operari, cum alijs legitimis adminiculis prædictam confessionem roboratam oportet reperiri, quod cum in præsentiarum non inventatur, meritò contemnendam fore arbitramur.*

Vlterius suadetur exclusio, tam di-  
cti crediti proximè mentionati, quam  
resultantis ex bonis in pactis dotalibus  
per Marchionisam adductis, & æstima-  
tis in quantitate centum septuaginta  
& septem mille & octingentarū Drag-  
marum ærosarum: *Quia licet fateamur  
quod regulariter quando bona dotalia  
æstimata certo pretio traduntur, cele-  
bretur contractus emptionis, & vendi-  
tionis, & ad dominium mariti tran-  
seant, taliter, quod ad illarum restitu-  
tionem non teneatur, sed solum ad pre-*

*tium conventum maneat obligatus; ve-  
rum tamen hoc limitationem patitur,  
quando inter ipsos contrahentes stipu-  
latum reperitur, quod maritus tenea-  
tur restituere res dotaes æstimas in  
casu dissolutionis matrimonij: Tunc  
enim non celebratur verè contractus  
emptionis, & venditionis, nec ad do-  
minium mariti bona dotalia æstimas  
transeunt; & expressio valoris facta per  
partes, in dicto casu, non censetur appo-  
sita ad finem celebrandi emptionem,  
& venditionem, sed ad recuperandam  
æstimationem deteriorationis, quæ in  
bonis contingere potest: Cum verò in  
præsenti conventū sit, ut Marchio obli-  
gatus maneat ad restituēda omnia bo-  
na dotalia per eius vxorem tradita, ut  
ex verbis illis elicitur: *El dicho Señor  
Marqués de Ossa tenga obligacion, segun  
que por la presente Escritura se obliga a  
restituir a la dicha Señora Marquesa de  
Castañeda, su futura Esposa, y a sus here-  
deros, todos los bienes, y bazienda, que su  
Excelencia trae a este matrimonio.* Hinc  
oritur obligationem contractam per  
Marchionem non fuisse de quantitate,  
sed specie; & sic Illustris Marchionisa  
virtute illius, premium bonorum præ-  
tendere non valet, sed contra res dota-  
les actionem exercere debet.*

Nec obest, quod pro parte Illustris  
Marchionisæ articulatum reperitur,  
tempore mortis Marchionis Don Iose-  
phi non remansisse bona dotalia, per  
Marchionisam eius vxorem tradita; &  
cū hac negativa sufficienter adimpletur  
fuisse ad suam intentionem legitimè  
fundādam, transferendo obligationem  
contrarium probandi in partem adver-  
sam: *Quia respondetur, quod probata  
prima existentia bonorum dotalium,  
quæ usu, & tempore non consumuntur,  
ut ex instrumentis pactorum dotalium,  
& apacha aperte ostenditur; alio non  
docto, illorum præsumitur permanen-  
tia, quæ præsumptio resistit alleganti  
non existentiam; & sic non prodest so-*

Ia negativa deficientia bonorum; sed tenebatur Illustris Marchionisa illorum non existentiam legitimè verificare, ut ipsius inclusio recte fundaretur; ut die nona mensis Septembris anni millesimi sexcentesimi nonagesimi quarti, concordi voto extat decisum, per Regiam Audientiam praesentis Regni, in Processu Regitorum Hospitalis Generalis Divae Mariæ de Gratia Civitatis Cæsaraugusta, ut ex motivis appareat, fol. 15. & seqq.

Repellitur etiam propositio Don Ioannis Vlzurrun de Asanza, respectu Comandæ in Processu exhibitæ, in qua Don Iosephus de Funes & Villalpando in favorem dicti Don Ioannis obligatus existit; quia in præiudicium successorum bona vinculata in præsentis Processu apprehensa obligare nequivit; quapropter dumtaxat in bonis liberis illius quantitas exigenda venit.

Deinde repellitur etiam dicta propositio, respectu Commandæ, in Processu exhibitæ, in qua fuit contracta obligatio per Iustitiæ, Iuratos, & Concilium Vniversitatis de Xelsa, in favorem eiusdem Don Ioannis; in ea enim solum obligare valuerunt bona pertinentia ad dominium inferius dictæ Villæ; quod cum non reperiatur comprehensum in præsentis Processu, alio iudicio opus est, ut dictæ quantitatis exactio possit decerni.

Denique repellitur propositio Abbatissæ, & Conventus Divæ Mariæ de Hierusalem præsentis Civitatis; quia de separatione oblationis dictæ propositionis constat ex actis Processus, qua de causa indubie repellenda venit: ex quibus, & alijs prout in sententia, &c.

ET ALTER ex dictis Dominis Locumtenentibus fuit voti, quod tenetur & debet pronuntiari, & in bonis in fine appellitus confrontatis sub numeris primo, secundo, tertio, quarto, quinto decimotertio, decimoquarto, & decimoquinto, mandare fieri contenta in pro-

positione Doctoris Didaci Iosephi Dormer, Archidiaconi Cæsaraugustani, & Licentiati Francisci Dionisij Dormer Presbyteri, principalium Ioannis Hieronymi Andosilla Procuratoris, respectu censualis anni millesimi quingentesimi undecimi, cum expensis iuribus suis durantibus, & eis finitis in omnibus bonis in fine appellitus confrontatis, contenta in propositione dictorū Doctoris Didaci Iosephi Dormer, Archidiaconi Cæsaraugustani, & Licentiati Francisci Dionisij Dormer Presbyteri, principalium dicti Ioannis Hieronymi Andosilla, Procuratoris, respectu duorum censualium annorum millesimi quingentesimi trigesimi quinti, & millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, in eadem propositione respectivè mentionatorum cum expensis iuribus suis durantibus, & eis finitis contenta in propositione Blasij Assensio Monterde, principalis eiusdem Ioannis Hieronymi Andosilla, Procuratoris, cum expensis iuribus durantibus, & eis finitis in bonis sub numeris primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, octavo, nono, decimo, & undecimo contenta in Propositione Prioris, & Conventus Divi Eliæ Carmelitarum Discalceatorum Turris nuncupatae de Gines, Principalis Petri Iosephi Perez de Hecho, Procuratoris, cum expensis iuribus suis durantibus; & eis finitis, in omnibus bonis in fine Appellitus confrontatis contenta in propositione Illustris Domnæ Athanasiæ de Bolea, Marchionisæ de Ollera, Principalis Georgij Vincentij Costa, Procuratoris, pro quantitate mille & sexcentarum librarum laccensium, in singulis annis ex fructibus uniuscuiusque anni respectivè perceptis exigendarum cum expensis, sua viduitate durante, & sine præiudicio supradictorum in bonis sub numeris primo, secundo, tertio, quarto, nono, & duodecimo, contenta in propositione Iustitiæ, Iuratorum, Concilij, &

& Vniversitatis Villæ de Quinto , tām Infantionum , quām hominum conditiōis , & signi servitij , Principalium Antonij del Corral , Procuratoris , respectu iurium in ea deductorum , dēemptis iuribus lignandi , & venandi , conſtruendi , & comburendi furnos Gypsi in terminis nuncupatis de Matamala , in articulo vigesimo quarto dictæ propositionis mentionatis , & expecificatis . Et sine præiudicio dictorum iurium in omnibus bonis in fine Appellitus confrontatis , contenta in propositione Illustris Domnæ Mariæ de Funes & Villalpando , Comitisæ de Montijo , & Marchionisæ de Oſſera , Principalis dicti Ioānis Hieronymi Andosilla , Procuratoris , iure dominij , præſtita priūs cautio- ne forali , cæteris propositionibus re- pulsis , reservatis iuribus reservari sup- plicantibus , neutram partium in expē- ſis , dēemptis prædictis taxandis , con- demnando , cætera supplicata locum non habere .

Ex eo , & alias , ita pronuntiatur , & recipitur propositio Illustris Domnæ Mariæ de Funes , & Villalpando , Comitisæ de Montijo , & Marchionisæ de Oſſera , quia ex donatione Baroniae de Quinto , facta à Don Ioanne de Villalpando , & Domna Contesina de Funes , coniugibus , anno millesimo quatuor- centesimo septuagesimo quarto , vti reſpectivè Dominis , & possessoribus eiusdem , cuidam maſculo , nominando à marito , & cuidam fœminæ ab uxore nominandæ , eo quod filijs communibus orbat erant ; inevitabiliter infer- tur expressa , & innixa voluntas Donan- tium constituendi perpetuum , & suc- cessivum fideicommissum per viam ma- ioratus in favorem , non ſolum familiæ & posteritatis Don Ioannis Donantis , ſed etiam Domnæ Contesinæ Donatri- ciſ , præcipiendo expreſſe maſculo , & fœminæ , ab illis designatis , ut Matri- monium inter ſe contraherent , & quod in corum prole maſculorum , & fœmi-

narum ſucceſſio de uno , in alium , & de maiore , in maiorem , ſervato ordine primogeniturae perpetuo protendere- tur ; abſque villa agnatitia , nec irregula- ri qualitate prælativa maſculorum , & exclusiva fœminarum melioris lineæ , quæ ex litera , nec ex mente legi , nec evidenter inferri queat , ibi : *ES CON- DICION* , que el maſclo por mi Don Juan nombradero , y la fembra , por mi Doña Contesina nombradera , ayan de contraer matrimonio : *E que los dichos bienes apres dias de ellos , ayan de venir , y vengan en el primero fillo maſclo , que Dios les darà , è à ellos sobrevivirà , è en los descendientes de aquel maſclos legitimos , è de legitimo matrimonio procreados , que no ſean Religiosos , ni in ſacris ordenados , ó en otra ma- nera inhabiles à contraer matrimonio . Et eodem themate retento videlicet : A pres dias de los Donatarios , ( bonorum domini ) y el fillo , ó descendiente maſclo , que à ellos sobrevivirà ; aiunt Donantes ; que en defecto del dicho fillo maſclo , & deſ- cendientes de aquel maſclos , vengan los di- tos bienes en el otro fillo maſclo de los nom- braderos , ó en los descendientes de aquel maſclos ; ſi en davrà , pues no ſean Religiosos ; Et ſi non davrà , ex prima , & ſecunda li- nea filiorum , & eorum deſcedentium maſculorum , apres dias de los Donata- rios , eundem prosequendo sermonem , ait : Que vengan en qualesquiere otros fi- llos maſclos , & deſcedientes de aquellos legitimos , de la calidad , y condiciones fu- dichas , ſervando en todos los ſobredichos orden de genitura , de mayor en mayor , con que aquel , en quien los dichos bienes perven- dràn , aya de llevar los Sobrenombres , y Armas de Funes , y Villalpando juntas , & ſi lo contrario faràn , pierdan los dichos bie- nes , y vengan en los ſubſtituidos de aque- lllos , &c . Et in conſequentiā filiorum , & deſcedentium maſculorum lineæ directæ , & effectivæ tantum Donata- riorum , prælativè ad filias , & earum deſcedentes vocatorum , eisdem ter- minis retentis , ſubſequitur earum im- me-*

mediata, & successiva vocatio, ibi: *Et si serà caso, que los dichos nombraderos morràn sin se fillos masculos, & descendentes de aquellos masculos legitimos, que pervengan en fillas legitimas de ellos, è de legitimo matrimonio procreadas, no Religiosas, ni en otra manera inhabiles à contraer matrimonio, de mayor en mayor, servando orden de Primogenitura; con que los que casaràn con aquellas, è los descendientes de ellos, y de ellas legitimos, en quien los dichos bienes pervendrán por el dicho orden: Sean tenidos llevar, & hacer los Sobrenombres, è Armas de Funes, è Villalpando, segun dito es.* Commixtis ergo istis duobus masculorum, & fœminarum, capitibus appetet clarè, voluntatem Donantium fuisse præferre masculos fœminis intra linea directam, & effectivam Donatiorum, insequendo ordinem præscriptum in Maioratu regulari, & ordinario, omni iure, divino, naturali, & positivo, laudatum, & commendatum: Ac si dicearet, succedat Possessori Maioratus primus, aut maior filius masculus, aut descendens eius masculus, & in defectum huius primæ linea, succedat secundus filius masculus, & descendentes masculi, & in defectum huius linea, succedat tertius, & eius descendens masculus, & sic de cæteris gradatim, & successivè: Et si decesserit Possessor Maioratus, sine filijs masculis, succedat eius filia legitima: ut patet ex verbis repetitis in vocatione, non solùm filiorum masculorum, sed etiam fœminarum, ibi: *Apres dias de los Donatarios, vengan los bienes en el primero hijo masclo, que Dios les darà, è à ellos sobrevivirà, è en los descendientes de aquel, & sic de cæteris filijs, & descendentibus masculis; concluyendo: r si serà caso, que los dichos nombraderos morràn sin se fillos masculos, ni descendientes de aquellos masculos, que pervengan en fillas legitimas, de mayor en mayor, servando orden de genitura: Quis, inquam, ex hoc verborum contextu, attenta consideratione, lecto, & medita-*

to, arguere poterit effrenatam, & absolutam prælationem masculorum omnium, non solùm linea directæ, & effectivæ, verum etiam cuiuscumque linea transversalis, inflexæ, & obliquæ, ad exclusionem filiæ ultimi Maioratus possessoris, circumscripta, & limitata litera textus, menti consona, ad mortis tempus Donatiorum? Igitur nequit protendi prætensa prælatio, quæ scripta legitur, filiorum, & descendantium masculorum, existētum tempore mortis Donatiorum, nisi intra lineam, & gradum actualis successionis, & non ultra, ad exclusionem filiarum eiusdem linea, & gradus: consequēterque idem repetitum intelligi dobet in quolibet Maioratus possessore.

Nam supposita expressa, & enixa voluntate Donantium constituendi maioratum in familijs utriusque perpetuò permansurum, ex eius natura, & constitutivo suppletur; & quælibet conditio, & si temporalis appareat pro tenta intelligitur, si absque ea subsistere nequit, ne intercidat fideicommissum, ut favabile, per viam maioratus regularis institutum, exterminata qualibet qualitate exorbitante agnationis, aut absolutè masculinitatis, ut dissonante, & non necessaria ad maioratus perpetuā stabilitatem, & ut ait Magister Molina de Primog. quando supplementum substitutionum declaratur ad perpetuitatem, debet esse de masculis, & fœminis per viam maioratus regularis.

Et ut apertius innotescat literæ textus genuinus intellectus non ne verbum commune, & transcendentale ad omnium filiorum, & descendantium vocationem, tam masculorum, quam fœminarum confertur in tempus mortis Donatiorum, alli: *Apres dias de ellos vengan en el primer hijo masclo q à ellos sobrevivirà, è los descendientes de ellos masculos, è si non davarà; prosequitur substitutio aliorum filiorum, & descendantium, concludendo, è si morrà los Donatarios*

*sin se filios masculos, è descendentes, que per-*  
*vengan en fillas legitimas: Quid vltra in*  
*his clausulis legitur, quam quod ex na-*  
*tura maioratus regularis procedit; nam*  
*expressio individua, & specialis cuiusli-*  
*bet filij masculi, eiusque descendantium*  
*masculorum prælativè ad filias fœmi-*  
*nas in linea recta existentium, venit ex*  
*natura maioratus regularis: Taliter,*  
*quod si litera tantum diceret supposita*  
*voluntate instituendi maioratum: Su-*  
*ceda en el Mayorazgo el hijo mayor, que so-*  
*brevivirà à sus descendentes masculos; y si*  
*morràn los Donatarios sin hijos varones,*  
*suceda la hija mayor: Idem esse, ac si di-*  
*xisset, vt testantur DD. Castellani, lo-*  
*quendo de lege successionis Regni: Que*  
*finquen à sus hijas mayores in infinitum;*  
*quia ex Hispanorum Primogenitorum natu-*  
*ra provenit; & sic verbum, *fijo mayor*,*  
*comprehendit nepotes quoque, & om-*  
*nes descendentes in perpetuum: digre-*  
*sio igitur ad successivos gradus filij ma-*  
*ioris, & eius descendētium, in eorumq;*  
*defectū, secundi, tertij, & cuiuslibet alte-*  
*rius filij, & eorū respectivè descendēn-*  
*tiū cum immediata substitutione filia-*  
*rum: Si morràn los Donatarios *sin se filios*,*  
*ni descendentes masculos; nullā maiorem,*  
*nec exorbitantem prælationē mascu-*  
*lorum exprimit, nec ex ea argui potest,*  
*quam quæ ex natura maioratus regula-*  
*ris inest, & procedit; videlicet omnium*  
*filiorum, & descendētium masculorū,*  
*in linea recta, & effectiva possessoris*  
*maioratus existentium: Idemque esse*  
*vocare ad successionem filium maiorē*  
*indefinitè possessoris maioratus, ac vo-*  
*care unumquemq; filiū discretivè, nepo-*  
*tes, pro nepotcs, & descendentes mas-*  
*clos, ab eis respectivè: Si adest immedia-*  
*ta substitutio fœminarum, retēto eodē*  
*themate linea recta, & effectivæ actua-*  
*lis possessoris: Y si morràn los Donatarios*  
*sin se filios masculos; quia expressio graduū*  
*& qualitatis, quæ tacitè inerat, nihil*  
*operatur, & vocatio prælativa mascu-*  
*lorum ad ingressum successionis, solum*

fit ad ponendum ipsam in persona in  
 qua est radicanda, assignando ordinem  
 prælativum successionis, & non absolu-  
 tam, nec exorbitantem exclusionem  
 fœminarum, vt expresse litera demon-  
 strat: vbi post tot filiorum, & descen-  
 dentium discretivè, & diffusè prælativè  
 vocatorum, collationando primam  
 clausulam, vocationis omnium filiorum  
 & descendētium masculorum, inci-  
 piendo à primo, & maiori: *Que à pres-*  
*dias de los Donatarios à ellos sobrevivirà.*  
 Cum vltima vocationis filiarum: *Y si*  
*morràn los Donatarios *sin se filios masculos*;*  
*suceden las hijas de mayor, en mayor, infi-*  
*ciari nequit, quod scripta prælatio filio-*  
*rum, & descendētium masculorum; &*  
*si per se, & seorsim sumpta indicare pos-*  
*set absolutam prælationem, vnta verò*  
*& concatenata oratio hypothetica, &*  
*cōposita ex vocatione prælativa mascu-*  
*lorum, & immediata substitutione fœ-*  
*minarum, cum expresa correlatione*  
*ad tempus mortis possessorum maioratu-*  
*s, præcise circūscripta, & limitata æsti-*  
*mari debet prælatio scripta intra li-*  
*neam, & gradum actualis successionis;*  
*successivè quæ repetita, & sub intelle-*  
*cta, eadē, & nō alia exorbitans præla-*  
*tio in quolibet maioratus possessore,*  
*supposita irrefragabili perpetuitate,*  
*& cum tractu successivo in omnem po-*  
*steritatem vinculantium stabilità.*

Cumque certum, & indubitable sic  
 in omne iure divino, naturali, possitivo,  
 municipali huius Regni, & praxi com-  
 muni à Supremis Tribunalibus sēpè,  
 sēpiùs canonizata; quod filia vltimi, &  
 immediati possessoris, solummodo à  
 successione in bonis fideicommisso, aut  
 maioratui subiectis excluditur per  
 masculos remotiores, & alterius lineaे,  
 quando aperte, & expresse constat ex  
 voluntate instituentis maioratum; vel  
 adsunt indubitables, & literales con-  
 iecturæ; indeque cum in præsenti Ma-  
 ioratu solùm videatur adesse litera, vt  
 in ingressu successionis, masculi fœmi-  
 nis

nis preferri debeant, tempore mortis Donatariorum, & non in progressu, pronuntiare, & declarare debemus Illustrem Comitissam del Mōtijo, Marchionisam de Ossera, tanquam filiam Illustris Dom Iosephi de Funes & Villalpando, Marchionis de Ossera, vltimi, & immedia-  
ti huius Maioratus Possessoris, fore in successione præferendam, excluso eius Patruo Egregio Comite de Atarès, tanquam masculo transversali, & alterius lineæ.

Quin obstare vllatenus possit assere-  
re, præfatam Illustrem Marchionisam, prorsus inclusione, & vocatione carere in concursu cum præfato Egregio Co-  
mite de Atares, vti masculo descendente à filio primogenito masculo Dona-  
tariorum, qui in prima illius substitu-  
tione indubitata habet vocationem; præfatamque Illustrem Marchionisam, ad summum habere vocationem post mortem Donatariorum, filiorum eo-  
rum masculorum, ac dëscendentium illorum masculorum: Tùm ex repetita masculorum vocatione, tùm ex clau-  
sula: *Servando en todos los sobredichos orden de genitura, de mayor en mayor: Tùm ex gravamine deferendi nomen, & ar-  
ma, masculis iniuncto: Tùm quia mas-  
culi indistinctè vocantur sine præfini-  
tione temporis: ibi: Vengan los ditos bie-  
nes en el otro hijo masclo, è en los descen-  
dientes de aquel masclo, si en davrà: Tùm  
denique, quia fœminas non aliter præ-  
tenditur esse vocatas ad successionem,  
quàm sub triplice conditione, mortis scilicet Donatariorum, filiorum eo-  
rum masculorum, & dëscendentium masculorum.*

Quia satisfieri prædictis posse non ambigitur, si attentè, vt iam sæpè di-  
ctum extat, considerentur, ac perpen-  
dantur verba sequentia: *E si caso serà,  
que los dichos nombraderos morràn sin se  
fillos mascllos, & descendientes de aquellos  
mascllos, pervengan en fillas legitimas de  
ellos, de mayor en mayor, servando orden*

*de genitura:* Ex quibus verbis apparet, qualitatem prælativam masculinitatis, seu prælationem masculorum fœminis fuisse collatam, concretam, & præcisè determinatam ad tempus, & in tempo-  
re obitus Donatariorum: & cùm in his-  
ce successerit bonis D. Ioannes de Fu-  
nes & Villalpando, Donatariorum fi-  
lius primogenitus, & in donatione non reperiatur litera expressa, quod in quo-  
cumque tempore, & in qualibet succes-  
sionis vocatione, masculus remotior,  
seu alterius lineæ succedere debeat; in-  
fertur clarè, præfatā masculorum præ-  
lationem non esse absolutam, seu limi-  
tatum in ingressu successionis; & in pro-  
gressu intra eandem lineam, & gradū,  
vt magis consonam maioratui regula-  
ri, & minùs odioso.

Quod apertè confirmatur ex clausu-  
la immediatè subsecuta, generali, &  
collectiva omnium vocatorum perdo-  
nantes masculorum, & fœmina rum; in  
qua absolute, sine præfinitione tempo-  
ris, nec personarum ponuntur in con-  
ditione omnes filij masculi, ac descen-  
dentes eorum masculi, & omnes fœ-  
minæ, & earum descendentes à Dona-  
tarijs, vt novæ substitutioni aliorū Do-  
natariorum transversalium, locus fieri  
posset, diverso modo concepta alterius  
clausulæ, in qua filię Donatariorum vo-  
cantur, & eius descendentes, in de-  
ctum filiorum masculorum, ac illorum  
descendentium masculorum: quæ, (vt  
superiùs passim est dictum) legitur li-  
mitata, & circumscripta ad casum, &  
tempus precisum mortis Donatario-  
rum sine filijs masculis, ac descendenti-  
bus eorum masculis: Ex quo discretivo  
modo cōcipiendi has clausulas per Do-  
natores, necessariò infertur, qualitatem  
prælativam masculinitatis inter descé-  
dentes Donatariorum solummodo esse  
desideratam in ingressu, & non in suc-  
cessionis progressu: cum præfata præla-  
tio masculorum non sit absoluta in om-  
ni tempore, casu, & personis, vt succe-  
sio-

sioni transversalium locus fieri posset, sed limitata videatur intra eandem lineā, & gradum in progressu successoris inter institutos, & successivè contemplatos.

Instat amplius hoc argumentum, considerando, quod tempore Donationis aderant Patrui masculi Donatariorum, ut patet ex litera; & quod eorum vocatione ad successionem in defectum absolutum omnium descendentium masculorum, & foeminarum dictorum Donatariorum, & non antea, stabilita inventur; igitur in institutione, & ingressu successionis irregularitas agnatitiae absolutæ, ac exorbitantis masculinitatis est expresse exclusa; sic similiter in substitutione, & progressu successionis, & sicut filia Donatariorum, & ab ea descendentes Patrum masculum, tunc existentem, ex voluntate expressa vinculantium excluderent; eadem iuridica, & efficaci ratione in progressu successionis filia ultimi possessoris; excludere debet Patruum masculinm; nam est regula nota, quod voluntas testatoris in substitutionibus est regulanda, sicut fuit voluntas in institutione; & quod ordinatus à testatore in prima institutione, est servandus in substitutione; hinc est, aiunt Doctores, quod in substitutione, sicut in institutione filia patruum excludit.

Nec ex hac legitima, & genuina intelligentia clausularum donationis absurdum aliquod, & si multipliciter arguatur ex adverso inferri potest; nam supposita perpetuitate fideicommissi per viam maioratus instituti, supplendo quod minus scriptum quam dictum, videlicet illam conditionem ad tempus mortis Donatariorum limitatam, eam intelligendo repetitam ex vi comprehensionis virtualis, in quolibet tempore, gradu, & personis respectu actualis possessoris maioratus, ne intercidat fideicommissum: Quod inde in quam sequitur est perpetua, & regularis suc-

cessio de maiore, in maiorem, servato ordine genituræ, præferendo masculos, foeminas intra lineam rectā actualis possessoris existentes, & quod in eorum defectum succedere debet filia, & descendens ab ea eiusdem ultimi maioratus possessoris.

Nec argumentum ex vocatione filiarum Donatariorum limitata ad mortem eorum, sine filijs masculis, & descendantibus masculis, ad exclusionem earum, & cuiuslibet alterius filiae ultimi possessoris alienus est consideratione, eo quod repugnet successio in casu mortis cum filijs masculis; limitata vocatione ad casum expressum, *sine filijs*; quia, *cum*, & *sine*, sunt incompatibilia.

Nam faciliter respondetur, quod respectu uniusmet temporis, & qualitatis, eiusdemque personæ argui potest contradictione inter vocationem filiarum in casum præcisum mortis Donatariorum, *sine filijs masculis*, & mortis eorundem cum filijs masculis, si absolute negatur tractus successivus, & perpetuitas fideicommissi per viam maioratus, in clausulis donationis expresse stabilita: Sed si fateatur tractus successivus per viam maioratus, prout infinitari nequit, temporalis illa conditio mortis Donatariorum sine filijs masculis, suppletur à natura maioratus, & intelligitur repetita in quolibet successivè, & gradatim maioratus possessore; consequenterque, & si temporalis conditio mortis Donatariorum sine filijs masculis, non fuerit verificata, immo contraria, non inde sequitur defecisse absolute conditionem in omni tempore, casu, & personis ad perpetuam exclusionem foeminarum in linea recta actualis possessoris maioratus existentium; immo potius moriendo quilibet pro tempore possessor, sine filijs masculis verificatur, & adimpletur conditio vocationis eius filiae maioris; in vim tractus successivi, & naturæ maioratus, cuius defectus in prima vice, & momentaneus, non fecit corruere sequen-

quentes successiones in quantum exigit natura maioratus , & successionis perpetuæ ; imò conditio est duratura, & sic repetenda per viam expressi; quia hoc cantat charta ; vt passim in similibus terminis reperitur à Supremis huius Regni Tribunalibus decisum , & comprobatum.

Vlterius nihil aliud in effectu voluisse Donates infertur ex litera, nisi quod *Apres dias de los Donatarios, finquen los bienes al su hijo mayor legitimo, cum tractu successivo, de uno in alium, quia id est, ac si diceret: Que finquen a sus hijos mayores in infinitum, vbi comprehenduntur nepotes quoque, & omnes descendentes ex natura maioratus cum immediata substitutione: E que si hijo mayor no huviesse, la fija mayor heredasse.* Igitur sicut in hac formula ob perpetuitatem Maioratus suppletur , & repetita intelligitur conditio mortis sine filijs, respectu cuiuslibet Maioratus possessoris, absque aliqua irregulari qualitate; sic similiter debet in formula præfatæ donationis suppleri, & intelligi repetita conditio vocationis filiarum cuiuslibet possessoris maioratus, in casu mortis eiusdem sine filijs masculis.

Ex his infertur solutio ad argumentum , quod si nunc superviveret aliqua ex filiabus Donatariorum , neutquam excluderet Egregiū Comitem de Atares, Masculum descentem à filio primogenito Donatariorum ; quia cum illa non existeret in linea recta, & effectiva vltimi possessoris , sed in transversa, & obliqua , nihil mirum si exclusa manerent in concursu descendantium Masculorum primogeniti ; quod adaptari nequit filiæ vltimi possessoris , mortui sine filijs masculis , ex vi repetitæ conditionis literaliter vocatae.

Nec magis vrget replicatio ; quod si vivis Donatoribus eorum filius maior masculus moreretur sine filijs masculis, superstite filia , subsecuta morte Donatariorum , eorum filius masculus se-

cundogenitus , succederet exclusa dicta filia primogeniti; Igitur descendens masculus , vt est Egregius Comes à filio Primogenito, qui absolute excluderet secundum genitum , & omnes descendentes masculos ab eo , necessariò debet excludere descendenter fœminam à filio primogenito , ob regulam, si vinco vincentem , à fortiori vincante: Nam respondetur, præterquā quod parvi penditur , & nihil habetur hæc regula in successione Maioratus, vt testantur passim Doctores , negando extensionem vnius casus irregularis , & exorbitantis scripti , ad alias similes, contra naturam maioratus regularis, et si æqualis, aut maior instet ratio; Adhuc in Hispanorum Primogenijs , ob admissam, legalem, & præcisam representationem cuiuslibet descendantis à filio primogenito, cum prærogativa linæ , quæstio adesse posset, an filia primogeniti præmortui sine filijs masculis, vinceret filium masculum secundogenitum , attenta litera prædictæ donationis ; in Aragonia tamen ob præceptum inviolabile , quod standum est carthæ, prout scripta iacet, indispensabiliter deberet observari successio secundi geniti masculi , præmortuo primogenito, superstite tantum filia , quæ in hoc literali , & præciso tantum casu exclusa maneret , absque consequentia exorbitante , & irregulari eius exclusionis contra naturam maioratus regularis , ob prohibitam extensionem de casu ad casum, vt iam diximus, & similiter æqualis , aut maior ratio : imò ex eadem literæ religiosa observatione infertur, quod vocatio filiæ Donatariorum: *Si morrā si se fillos, è descendentes masculos, repetita, & continuata in tractu successivo* ( vt indispensabiliter debet suppleri ob perpetuitatem fideicommisi ) verificatur , & literaliter adimpletur, mortuo quolibet maioratus possessore, sine filijs masculis, superstite filia eiusdem.

Et

Et quod hæc fuerit mens, & constans voluntas vinculantium ex plurimis, & expressis patet coniecturis, diffusè in scriptis Advocatorum sparsis, & ponderatis; quarum individua expressio consultè omittitur ob nauseam vitandam, solùm, inquam, in memoriam revocamus qualitatem masculi, & fœminæ, quæ reperitur in vinculantibus, simil Dominis Baroniæ, & quod eadem inventur in primis Donatarijs vocatis æqualiter ad successionem, & quod utriusque sexus vocantur omnes descendentes masculi, & fœminæ: in defectumque omnium, & non antea vocantur transversales Donatariorum, masculum vnum ex parte mariti; & fœminam alteram ex parte vxoris; repetendo vocationem omnium descendéntium masculorum, & fœminarum cum tractu perpetuo, & successivo: ergo si æqualis est ratio amandi utrumque sexum; æqualis, & consona maioratui regulari, & non exorbitans, & irrationalis debet intelligi prælatio scripta filiorum masculorum, & descendéntium masculorum, in concursu filiarum, & ab eis descendéntium, scilicet intra linea, & gradum actualis successionis. Instat fortius argumentum; quoniam solùm adest litera, quod masculi in ingressu successionis præferri debeant, & non in progressu; & repetitio masculinitatis, ex litera, aut aliqua ratione, vel causa non datur, occasione perpetuationis maioratus, ut fœminæ linea effectivæ, & successionis excludantur per masculos remotiores, & alterius linea; quia hoc non est necessarium ad perpetuitatem consequendam; & esset contra naturam maioratus regularis.

Ex his tandem inferri debemus, per pensis rationibus, pro Egregio Comite, hinc inde expensis, & acriter ponderatis, intrincatas, & obscuritate ple-

nas apparere; & supposita regula certa, à Supremis huius Regni Tribunalibus canonizata, quod fœmina fundatam habet omni iure intentionem in linea, & masculo alterius linea vehementer resistit naturale, Divinum, Canonicum, Civile; & maioratum regulæ; inde evenit indigere masculum *indubitate*, iure, & clara, literali, & specifica vocatione: *In dubioque*, si adest aliquid, contra Egregium Comitem de Atares, masculum transversalem, pronuntiandum, adeò, quod etiam in maioratu irregulari, ut testantur nonnulli probatæ censuræ DD. filia vltimi possessoris obtainere debet in tenuta, vel Iudicio possessorio, & tuenda est interim in possessione bonorum maioratus, donec de proprietate discutiatur, quoties res aliquam, etiam modicam habeat *dubitatem*: *Quod omne accipit incrementum*. (Sunt verba alterius motivi Regiae Audientiæ in simili causa) à natura huius articuli possessoriij, & litis pendentiae, in quo ex frequentiori Doctorum calculo, *Fœmina* in possessionem mittitur, donec aliqua *viget credendi ratio*, ipsam esse capacem, & Iudex non est plenè certus de incapacitate illius, signanter, si descendat ab ultimo possessore, aut ipsius est filia, ut Illustris Marchionisa, Comitisa del Montijo, pro qua pronuntiandum fore absque hæsiatione censemus.

Repellitur verò propositio Egregij Don Melchoris de Funes & Villalpando, Comitis de Atares, ob easdem rationes, ex quibus recepta manet propositio dictæ Illustris Comitis, & etiā repellitur propositio Mariæ Perez, apprehendentis, quia cum dictus Egregius Comes destitutus existat iure dominij, & sic careat actione ad obtinendum in præsenti processu, respectu dictorum bonorum apprehensorum vir-

